λούθως δὲ ταύτη τῇ ὑποθέσει καὶ τοῦ Καρκίνου ἀρχομένου ἀνα-  
τέλλειν λέγει ταντὶ (v. 579—582).

οὐδ' ἂν ἔτ' Ἀρκτοφύλαξ εἰη πολὺς ἀμφοτέρωθεν,  
μείων ἡμάτιος, τὸ δὲ ἐπὶ πλέον ἔννυχος ἥδη.  
τέτρασι γὰρ μοίραις ἀμυνδις κατιόντα Βοώτην  
Ωκεανὸς δέχεται.

ὅ δὲ Εῦδοξος γράφει οὕτως·

ὅταν δὲ Κριὸς δύνη, τῶν μὲν πρὸς Ἀρκτούς τοῦ Ἀρκτοφύλακος 15  
οἱ πόδες δύνονται, τῶν δὲ πρὸς νότον τοῦ Θηρέου τὸ λοιπόν κτλ'.

5 πρώτη — μοίρη Marcianus || 6 πίσυρες Marcianus. || μιν L: μὲν V  
Marcianus || ἀτερ Marcianus: ἀτὰρ LV || κατάγουσι L || 11 μεῖον L |  
14 οὕτω V || 15 ὅτ' ἀν L || 16 δύνονται L.

V. 721 ‘mergitur’ inquit ‘iam in (ἐπὶ) duodecim Zodiaci partium  
prima Boetes’. Item v. 716 μοίρη γε μὲν οὐκ ἐπὶ ταύτη ἀθρόος  
ἀντέλλει, et sic alibi. Sed ne Marcianus quidem, etsi secus Vossio  
visum est, male habet «ἥδη πρώτη τότε μοίρη», quasi parte prima  
tunc ut occidere incipiat Boetes efficiatur.

V. 722 «μιν» rectissime L, quoniam obiectum requirimus, «μέν»  
V Marcianus.

V. 581 «ἀμυνδις κατιόντα», i. e. συγκατιόντα, Hipparchus suf-  
fragante paraphrasta Marciano: δὲ λόγος τέτρασι ζῳδίοις δμοῦ  
καταφερόμενον αὐτὸν δέχεται δόριζων. Marcianus ipse «ἥδη»  
scripturam recepit, ut τέτρασι — μοίραις ablativus instrumenti sit.

### XLVII.

II p. 222 Σ τοῦ δὲ Τοξότου μέλλοντος ἀνατέλλειν δὲ Ἀρατός  
φησι (v. 669—682) τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἔργο(ῦ)νασι καὶ τὴν ἀρι-  
στερὰν χειρὰ ἀνατεταλκέναι καὶ τὸ σῶμα τοῦ Ὁφιούχον καὶ τὴν οὐρὰν  
τοῦ Ὁφεως, ὃν ἔχει δὲ Ὁφιούχος, καὶ τὴν Λύραν καὶ τοῦ Κηφέως  
τὰ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔως τοῦ στήθους, δίνειν δέ φησι τόν τε 5  
Κύνα δλον καὶ τὸν Ωρίωνα καὶ τὸν Ασγὰ καὶ τοῦ Ἡνιόχου τὰ ἀπὸ  
τῶν ποδῶν ἔως τῆς ζώνης μέρη. τὴν δὲ Ἀλγά φησι καὶ τοὺς  
Ἐρίφους — ᾧ ἔστιν ἡ μὲν ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ ὄμον, οἱ δὲ ἐν τῇ

6 λαγωδὸν L.

10 παντικασταδύνειν L || 14 συνανατέλλειν V || 15, 16 διοργυνωμένου V  
16 ὁ αὐτὸς LV: *traiecit* Wil || φησίν L || 18 αὐτὸν om L || 21 ἀνέρχονται L.

V. 673 Laurentiani «ἀνέρχονται» facit cum Marciano adversus Vaticanum codicem («ἀνέλκονται»). Et hoc quidem omnino non habet quo displicere possit, si quidem amat poeta hoc verbum in talem sententiam convertere, velut v. 305 μέγα τόξον ἀνέλκεται, v. 137 τῆς ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὕμων εἰλίσσεται ἀστήρ, v. 693 Ἰππος — ποσσι τε καὶ κεφαλῇ ἀνελίσσεται, v. 714 σὺν τῷ πασσοῦδῃ ἀνελίσσεται. Item a structura vix minus commendatur «ἀνέρχονται», ut v. 591 Καρκίνῳ ὅσσ' ἐδύνοτο 'quaecunque per Cancerum occidebant', v. 684 sq. τὰ δὲ νειλατα πάντα αὐτῷ Τοξευτῆρι κατέρχεται, alia. Quamquam fieri potest, ut L ex Arato correctus sit. Ne id quidem mirum esset, si Hipparchus ipse per memoriae errorem «ἀνέλκονται» dedisset ob v. 305, at sciri nequit.

III.

1. II p. 222 Α τοῦ δὲ Σκορπίου ἀρχομένου ἀνατέλλειν <δ>  
Ἔτερός φησι (Aratus scilicet v. 647—668) δύνειν μὲν τὰ λοιπὰ  
μέρη [τοῦ Ποταμοῦ καὶ τὰ λοιπὰ μέρη] τῆς Ἀνδρομέδας καὶ τοῦ  
Κῆτος καὶ τοῦ Κηφέως τὸ ἀπὸ τῶν ὡμων μέχρι τῆς ζώνης καὶ  
5 τὴν Κασσιπέτειαν ὅλην, πλὴν τὸ ἀπὸ τῶν ποδῶν ἔως τῶν γονάτων.

2 φησιν L || τά τε λοιπὰ L || 2,3 uncos posuit Wil || 4 τὰ ἄνο V || 5 δὲ scripsi: τε LV.

ἀνατέλλειν δέ φησι τό τε λοιπὸν τοῦ Στεφάνου καὶ τὴν οὐρανὸν τοῦ Ὑδροῦ καὶ τοῦ Κένταυρού τὸ λοιπὸν σῶμα πλὴν τῶν ἐμπροσθίων ποδῶν. ἀνατέλλειν δέ φησι καὶ τὸ Θηρῖον, *(δ)* ἔχει ὁ Κένταυρος, καὶ τοῦ Ὀφιοῦχου τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοῦ Ὀφεως, ὃν ἔχει ὁ Ὀφιοῦχος, τὴν κεφαλὴν ἔως τῆς πρώτης τοπείρας καὶ τοῦ Ἔγγο<sup>ύ</sup>ρασι τὰ λοιπὰ πλὴν τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἀφιστερᾶς χειρός. Sequitur Eudoxi partim congruens partim discrepans sententia.

6 φησιν L || 8 suppl Petavius.

2. II p. 222 C δὲ Ἀρατος ἀγνοεῖ ἐν τοῖς περὶ τὸν Ὀφιοῦχον (v. 667—668). ἡ γὰρ ἀριστερὰ χεὶρ αὐτοῦ μόνον ταῖς Χῆλαις συνανατέλλει, ἡ δὲ κεφαλὴ καὶ ἡ δεξιὰ χεὶρ τῷ Σκορπίῳ.

1 τὸν ὄφιοῦχον LV, cf. IL 2 1. 1 || 2 τας χῆλας V.

## IL.

1. II p. 223 C πάλιν δὲ τοῦ Αἰγύπεω πρὸς τῇ ἀνατολῇ ὅντος τῷ Τοξότῃ φασὶν (Eudoxus et Aratus v. 685—692) ἀντικαταδύειν τὴν τε Ἀργὰ ὅλην καὶ τὸν Πρόκυνα, συνανατέλλειν δὲ τὸν τε Ὁρνιθα καὶ τὸν Αἴτον καὶ τὸν Οἰστόν καὶ τὸ Θυμιατήριον. τὰ 5 μὲν οὖν ἄλλα συμφώνως ὑπ’ αὐτῶν λέγεται τοῖς φαινομένοις, τὰ δὲ κατὰ τὸν Ὁρνιθα ἡγούμεναι μὲν ὑπ’ ἀμφοτέρων, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀράτου. Sequitur Eudoxi sententia; deinde pergit: ὁ δὲ Ἀρατός φησι τῷ Τοξότῃ μόνον συνανατέλλειν αὐτόν (Scorpium).

1 τὴν ἀνατολὴν L || 8 συνανατέλλει V.

2. II p. 223 B ἡγούμεναι δὲ (Aratus et Eudoxus) καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀργά. ἀρχεται γὰρ ἀντικαταδύειν οὐ τῷ Σκορπίῳ, ἀλλὰ μέσαις ταῖς Χῆλαις. ἔδει οὖν ἀρχομένου τοῦ Σκορπίου ἀνατέλλειν λέγειν τῆς Ἀργοῦς τὴν πρώτην δεδυνέται, καὶ μὴ τοῦ Τοξότου ἀναφερο- 5 μένον (v. 686).

4 τὴν τῆς Ἀργοῦς πρ. L.

## L.

II p. 224 E τῆς δὲ ἀρχῆς τῶν Ἰχθύων ἀνατελλούσης ὁ μὲν Ἀρατός φησι δεδυνέται τά τε λοιπά τοῦ Ὑδροῦ καὶ τὸν Κένταυρον, ἀνατεταλκέναι δὲ τὸν νότιον Ἰχθύν (οὐχ ὅλον, ἀλλὰ παρὰ μικρόν)

2 φησιν L.

*καὶ τῆς Ἀνδρομέδας τὰ δεξιὰ μέρη κατὰ μῆκος . . . ὁ δὲ Ἀρατος  
ἢ ἄγνοεῖ, τὸν "Υδρον ὅλον τῷ 'Υδροχόῳ ὑπολαμβάνων ἀντικαταστάνειν  
(v. 694 sqq.).*

5 ὑδριχόφ L.

### LI.

II p. 228 τῶν δὲ Λιδύμων ἀρχομένων ἀνατέλλειν ὁ Ἀρατος  
(v. 724—729) δίνειν μέν φησι τοὺς πόδας τοῦ Ὁφιούχου 'μέσφ'  
αὐτῶν γονάτων (v. 725), ἀνατέλλειν δὲ τὸ Κῆτος καὶ τοῦ Ποτα-  
μοῦ τὰ πρῶτα. ταῦτα δὲ συμφώνως τοῖς φαινομένοις ὑπ' αὐτῶν  
εἴρηται.

2, 3 μέχρι τῶν L.

Redactis ad fidem codicum Hipparchi testimoniis quae singilatim persecuti sumus comprehendimus. Inde ab initio quod pertimescendum videbatur, ne quid libri Hipparchei (vel librorum) facies priscae et genuinae integritatis amisisset labemve contraxisset, evenisse illud reaperte certissimis exemplis cognovimus. Maxime idonea inde selecturi (quae omittenda hoc loco censuimus, in totius libri indice invenies) duo genera distinguimus, prius eos versus continens, qui in Laurentiano Hipparchi codice (VI 74 μιν, XXVII 554 ἐτι) et qui in Vaticano (XXVII 542 τόσσον ἡμιν, ib. 557 τόσον, XXIX 479 μέγ' ἀμετνοεῖ, XXXIX 565 ἐπερχομένοισιν), denique qui in altero utro corrupti feruntur: VII 79 μάλισται L μάλα ἵσαι V, XII 534 αὐτίκα L αὐτία V, XXVIII 433 φαίνοι L τεύχοι V, XLVII 673 ἀνέρχονται L ἀνέλκονται V. Altero genere eos locos componimus, qui infectum iam fuisse archetypum ostendunt: XIII 175 παρακείμενον, ib. 484 Περσέως, XVIII 143 οἶος, XXXIV 506 ἀγανοῦ. Verum ne quis irrito hac serie perlustranda laborem consumptum opinetur: commodo poetae vel illinc identidem consultum est, cum aut obliteratae quaedam scripturae Marcianeo invito non sine probabilitatis specie instaurarentur aut per spiceretur saltem beneficio Hipparchi, vel antiquissimam lectionis varietatem codicibus qui supersunt offerri. Quibus nunc neglectis ordine cetera videamus.

1. Primam igitur eam versuum ponimus copiam, ubi Hipparchus Marciani codicis contextum auctoritate sua adversus criticorum et

nostratum et antiquorum conamina ac librorum recentiorum dissensum vindicat et tutatur: IV 61 *νίσσεται* ~ *νίχεται* paraphraستae, V 69 *μέσσωφ* *καρήνῳ* ~ Attali *μέσσου* *καρήνου*, VI 254 *ἐπιγονίδος* ~ Diodori *ὑπογονίδος*, ib. 481—496 ~ Planudis interpolamentum, XI 96 *ὑποσκέπτοι* ~ *ὑποσκέπτει* Buttmanni, XII 151 *ἥλιον* *λέοντι* ~ *ἥλιῳ* *λέοντος* in scholiis, XVI 190 *οὐ* ~ *η* Buttmanni, ib. 198 *κεκασμένον* ~ *κεκομένον* in scholiis, ib. 79 *εἰσωποὶ* ~ *ἴσωποι* in scholiis, XXI inter v. 612 et 613 omisit cum Marciano Hipparchus versum interpolatum quem recentes praebent codices, ib. 593 *κυμαίνοντος* ~ *κῦμ'* *οἰδούντος* Vossii, XXII 276 *ἐπὶ* ~ recentium *πτερά*, XXIV 304 *ἐπὶ* ~ Vossii *ἔτι*, XXVII 541 *βολῆς* ~ recentium *βολῆς*, ib. 542 *ὑποδράμοι* ~ recentium *ὑπενδράμοι* et Vossii *ἐπιδράμοι*, 543 *περιτέμνεται* ~ Cleomedis et recentium *περιτέλλεται*, 553 *χοῖλοιο* ~ recentis in Marciano manus *χοινοῖο*, ib. *δύνται* ~ Vossii *δινέται*, XXVIII 438 *Χῆλαι* ~ secundae in Marciano manus *χειλέ'*, XXXII 489 *αὐτὸν* ~ paraphraستae *αὐτοῦ*, XXXVIII 522 *ἀπαμειρεται* ~ recentium *ἀπομείρεται*, XXXIX 567 *περιστρέφεται* ~ paraphraستae *περιστρέφεται*, XLIV 707 *τὰ μέν οἱ* *πατὰ δεξιά* ~ Hermanni *τοὶ μέρ οἱ δεξιά*, ib. 713 *λήγοντι* ~ Attali *λήγουσα* vel *ἀνιόντι*.

2. Sunt vero etiam versus eadem quidem sed falsa forma et apud Hipparchum et in Marciano praediti: VII 80 *λεπτή*, fortasse ib. 82 *πεπονεταῖαι*, XIII 484 *Περσέως*, XXVI 440 *δεινωτοῦ* (Hipparchi V), XXVII 498 *ἐνδιαστρέφεται*, XXXI 482 *τά*.

3. Deinde discrepantias Hipparchi et Marciani dignitate pretioque per se aequabiles proferimus VI 280 *γαῖων* Hipp. *τείνων* Marc., VIII 85 *ὁρθαλμοῖς* Hipp. *օρθαλμῷ* Marc., IX 90 *ἐπιψευφέες* Hipp. *ἐπιδευέες* Marc., XII 537 *Ὥκεανοιο τόσον* Hipp. *Ὥκεαροῦ τόσον* Marc., XV 187 *σκολιοῖο* Hipp. *μεγάλοιο* Marc., XX 239 *προφολῆσι* Hipp. *προμοιῆσι* Marc., XXVI 406—407 *τοῦ Ἀρκτοίρον* Hipp. *τῷ Ἀρκτούρῳ* Marc., XXVIII 431 *τοὶ* Hipp. *κεν* Marc., XXXIII 491 *ἄμ'* Hipp. *ἄρ'* Marc., XXXIX 560 *ἀντέλλωσιν ἔπασται* Hipp. *ἀντέλλησιν ἐπάστῃ* Marc., ib. 567 *τὰ δέ* Hipp. *τά τε* Marc., XLVI 721 *ἐπὶ* Hipp. *τότε* Marc., ib. 581 *ἄμυδις* Hipp. *ηδη* Marc.


4. Anteferendus Marcianus est XXIV 305 *μέρα* ~ *μετά* Hipp., XXVII 498 *καθ'* ~ *καὶ* Hipp., XXXIV 505 *τε* ~ *τό* Hipp., XXXV 515 *οἱ* ~ *τοὶ* Hipp., ib. 517 *ὄκλας* ~ *ὄκλας* Hipp., XXXVII *γούνα φορεῖται* ~ *γούνατα κεῖται* Hipp., XL 599 *μέσφα* ~ *μέχρι* Hipp..

5. Praestat Hipparchus Marciani contextui his locis: I 47 φέρονται Hipp. et Marcianus inter lineas ~ φύονται, II 49 ἐπιτείνεται Hipp. ~ ἀποτείνεται, III 59 μάλα Hipp. ~ μάλιστα, VI 281 πτέρυγι Hipp. et Marciani manus recentissima ~ omissum, XII 538 ἀνερχόμενοι Hipp. ~ ἔρχομένοι, XVIII 147 μέση δ' Hipp. ~ μέση, XIX 233 ἔτι Hipp. ~ omissum, XXVII 467 ἀπλατέες Hipp. ~ ἀπλανέες, ib. 541 ἀποτείνεται Hipp. ~ ἀποτέμνεται, ib. 555 δυωδεκάδες Hipp. ~ δυωδεκάδος, XXIX 479 μέγα μετονες Hipparchi L ~ μέγ' ἀμεινονες, XXXVIII 523 κατ' αὐτόν Hipp. ~ κατ' αὐτούς, fortasse XLII 651 αὐτόν Hipp. ~ αὐται, XLIII 693 μέσον Hipp. ~ νέον Attali et Marciani.

6. Multi denique versus ne pusillo quidem intercedente scripturae discrimine in codice Hipparcheo (sive codicibus Hipparcheis) et in Marciano iidem exhibentur.



**III. DE ARATI INTERPRETUM QUI FERTUR CATALOGO.**



'Interpretum Arati' laterculum falso inscriptum ex codice Vaticano 191 s. XIV<sup>1)</sup>), ubi post isagogam Arateam modo Eratostheni modo Hipparcho tributam legitur, a Victorio in calee operis p. 9 sqq. commemorati editum esse Herm. vol. XVI p. 385 sqq. exposuimus. Quem indicem (AA\*) novo teste invento Vaticano 381 s. XV (B) supplere et ad formam integrum aliquatenus redigere potuimus ibidem. Verum in illa commentatione nonnulla corrigenda reperiuntur, quae et alii monuerunt et ipsi dudum cognovimus, nec scitu digna desunt, aegre quae desideres. Quae omnia quoniam multifariam cum litteris Arateis conexa sunt, iterare de integro quaestionem ad res quasdam, ni fallimur, gravissimam hoc libello decrevimus.

En catalogum Vaticanum in duas partes discretum, quod idem alibi factum animadvertisimus aliquotiens.

οἱ περὶ τοῦ ποιητοῦ συνταξάμενοι.

- A: Ἀτταλος Ῥόδιος. Ἀρισταρχος Σάμιος. Ἀπολλώνιος γεωμέτρης.  
Ἀντίγονος γραμματικός. Ἀγησιάνας. Ἀριστυλλοι δύο γεωμέτραι.  
Βόηθος. Γερμῖνος. Λιόδοτος. Λίδυμος Κνίδιος. Ἐρατοσθένης.  
Ἐρμιππος. Εὐαίνετος. Ζήγων. Ἡλιόδωρος στωικός. Θαλῆς. Ἰπ-  
παρχος Βιθυνός. Κράτης. Πύρρος Μάγης. Παρμενίσκος γραμ- 5  
ματικός. Σινθῆς. Τιμόθεος [= 23].
- A\*: Ἀπολλώνιος γραμματικός. Ἀριστυλλος μέγας. Ἀριστυλλος  
μικρός. Ἀρισταρχος γραμματικός. Ἀριστοφάνης. Ἀλέξανδρος  
Αἰτωλός. Ἀλέξανδρος Ἐφέσιος. Λίδυμος πονηρός. Εὐαίνετος  
ἐτερος. Ἐρμιππος περιπτητικός. Καλλίμαχος Κυρηναῖος. Κλεό- 10  
στρατος Τενέδιος. Νουμήνος γραμματικός. Παρμενίδης [= 14].

4 θάλλης codex || 5 πύρρος codex || 7—9 nomina Ἀπολλώνιος — Λίδυμος  
post Παρμενίδης scripta sunt in codice: traecit Boehmius 'Mus. rhen.' 1887  
p. 307 sqq. || 8 supra Ἀρισταρχος altera manus scripsit λαμπ addito abbre-  
viandi signo; an λαμπρός? || 10, 1 καλλίστρατος codex: corr Bergk 'Zeitschr. f.  
d. Alterthumswissenschaft' 1843 p. 926 et Meineke 'Philol. exercit. in Athen.'  
I (progr. Joachim. 1843) p. 23.

<sup>1)</sup> Diximus de hoc codice p. 11.

Sexto vel septimo saeculo fuit qui geometrarum nomina congereret agrimensorum Bobbiensium librarius, cuius codex a possessoribus Ioanne et Sixto Arceriis Ultraiectinis hodie nuncupari assolet, in bibliothecam Guelferbitanam delatus. Arceriani excerpta perpurgavit in 'Gromaticis veteribus' a. 1852 editis p. 251 adn. Lachmannus, Hauptius 'Opuse' III p. 360 eum indice A compositus verissime. Publicata correctaque a Lachmanno adseribimus:

*fiant n̄ XXXII. geometra. pyrrus magnus (leg. Magnes)  
arestyllides (leg. Aristylli duo). apollonius pyrrus geometra in atro (leg. Arato) dixit principium stum (i. e. istud) a iovem (immo ex Iove) incipiamus falsum dicit. quoniam ex iovem non ad iovem ordinamus (i. e. quoniam a Iove, non ex Iove ordinamus) euclidis siculus arismetica scripsit.*

Tres laciniae inter se primo obtutu conglutinatae censemuntur, quarum primae praefixum erat 'fiant numero XXXII geometra(e)' (ita enim supplendum esse censemus, quia Pyrrhus Aristylli Apollonius — Pergaeus, recte ut putat Hauptius — erant geometrae) aut, si minus numerus XXXII ad 'geometra(e)', sed ad antecedentia quaedam ab Arceriani librario praetermissa trahendus videbitur, solummodo 'geometra(e)'. Posterior ratio cum sit aliquanto difficilior, haec reficimus distinctis eclogae portiunculis:

*Fiant numero XXXII geometra(e). Pyrrhus Magnes,  
Aristylli duo, Apollonius.*

*Pyrrhus geometra 'in Arato' [dixit] principium istud  
'ex Iove incipiamus' falsum dicit, quoniam a Iove, non  
ex Iove ordinamus.*

*Euclides Siculus 'Arithmetica' scripsit.*

1 et 2 mentione Pyrrhi cohaerent, neque a geometris dissociandus Euclides Siculus est, qui et ipse inter agrimensorum codice Arceriano comprehensos habetur p. 376 sqq. Lachm. Vehementer vero dolemus, quod geometrarum indicem incompletum scriba reliquise videtur, ac nisi novo oblato exemplo genuinam illius formam cognosci posse desperamus. Certe hinc procul habenda sunt 'nomina agrimensorum' in 'Demonstratione artis geometricae' p. 403 Lachm. enumerata, latina maxime, etsi Euclides Siculus et hie appareat. Iam vide: Pyrrhus Aristylli duo Apollonius (inverso ordine, quod casu accidisse dixeris) in A ita occurunt: Ηίρηος Μάγνης Ἀρ-

*στυλλοι δύο γεωμέτραι· Ἀπολλώνιος γεωμέτρης.* ‘Geometrae’ significatio deest in Pyrrho, deest Pyrrhi de suppositicio Arati prooemio iudicium, prorsus deest Euclides. Ergo id quidem dispicimus, indici A affinem esse Arceriani eclogam, sed rem divinando posse confici negamus.

Deinceps catalogum B adponimus. Quem ordinem ille secutus esset cum ante hos decem annos fugisset nos, recte interim Boehmius l. c. p. 308 has distribuit columnas:<sup>2)</sup>

B οἱ περὶ τοῦ πόλον συντάξαντες.

- |                |              |               |                  |
|----------------|--------------|---------------|------------------|
| 1. Ἀπολλό-     | 2. Γερμῖνος  | 3. Εὐαίνετος  | 4. Κράτης        |
| δῶρος          |              |               |                  |
| 5. Ἀρίστυλλος  | 6. Αἰόδοτος  | 7. Μηνόδοτος  | 8. Ζηρόδοτος     |
| 9. Ἀτταλος     | 10. Αἴδηνος  | 11. Ζηνόδωρος | 12. Πύρρος       |
| 13. Ἀρίσταρχος | 14. Αἰόδωρος | 15. Ἡγησιάνας | 16. Παρμενίσκος  |
| 17. Ἀπολλώ-    | 18. Εῦδωρος  | 19. Θεόδωρος  | 20. Σμίνθης      |
| νιος           |              |               |                  |
| 21. Αντίγονος  | 22. Ἐρατο-   | 23. Θαλῆς     | 24. Τιμόθεος     |
|                | σθένης       |               |                  |
| 25. Βόηθος     | 26. Ἐφιππος  | 27. Ἰππαρχος  | όμων εἶχοι ἐπτά. |

Modo ne dextrorum legas, sicuti fecit codicis scriba, sed deorsum, ultro patescit ordine litterarum nisi semel in 8 et 7 transponendis non violato archetypum processisse. Immerito de titulo B οἱ περὶ τοῦ πόλον συντάξαντες nos olim dubitasse et esse ex ποιητοῦ in A quoque ‘πόλον’ restituendum Wilamowitzius edixit recte in ‘Antigono Carystio’ p. 339, etsi ‘περὶ τοῦ πόλον’ quid sibi vellet ne ille quidem declaravit. Opperiremur ‘περὶ τῶν πόλων’, si de polaribus mundi terminis agitur scriptumque ita ceteroquin deprehendimus nec rationem extricamus probabilem, cur quis ‘de septentrionali’ potissimum ‘polo qui memoriae prodiderint’ examine instituto seligere voluerit. His missis vidimus πόλον esse posse horologium: verum de horologio omnes istos exposuisse quis a se impetrabit ut credat? Alia et rectior ratio artis Pseudoeudoxae praefatione acrosticha monstratur (‘Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque impériale’ Parisiis a. 1865 vol. XVIII 2 p. 46):

<sup>2)</sup> De codicis scripturis ac de mutationibus a nobis factis diximus ‘Herm’.  
l. c. Quae quoniam hodieque retinendae videntur, nihil iterari praeplacuit.

Ἐν τῷδε δεῖξω πᾶσιν ἐκμαθεῖν σοφήν  
 Υἱὸν πόλον σύνταξιν ἐν βροχεῖ λόγῳ  
 Λοὺς τῆσδε τέχνης εἰδέναι σαφῆ περί.  
 Οὐδεὶς γάρ ἴστιν ἐνδεῖς γνώμης, ὅτι  
 Ξένον φανεῖται, τῷδ' ἔαν ξυνῇ καλῶς.  
 Οἱ μὲν στίχος μείς ἔστι, γράμμα δὲ ἡμέρα.  
 Υἱὸν ἀριθμὸν δὲ ἵσον ἔχει τὰ γράμματα  
 Ταῖς ἡμέραισιν, ἃς ἄγει μέγας χρόνος,  
 Ἔνιαντοις βροτοῖσι περιοδόν τ' ἔχει  
 Χρόνος διοικῶν ἀστέρων γνωσίσματα.  
 Νικᾷ δὲ τούτων οὐθεὶς ἕπερον, ἀλλ' ἀεὶ<sup>1)</sup>  
 Ἡκεὶ τὰ πάντα ἐς τὸ αὐτὸ δτ' ἀνέλθῃ ὁ χρόνος.

Inlustravit acrostichi sententiam recte perceptam ita fere editor Francogallus: 'Dicit scriptor, singulos versus esse menses, singulas litteras dies. Atque re vera 12 sunt versus, quorum unusquisque 30 litteras continet, ultimus 35, elisas si adsumpseris. Quibus computatis annus solaris (*μέγας χρόνος*) efficitur 12 mensium, 365 dierum'. Subnectitur disputationi astronomiae parapegmatis fragmentum, quod Calendariis Gemini et Ptolemaei maxime aequi-parari possit, iteratum a Wachsmuthio post Lydi 'Ostenta' p. 273 sqq. 'Caeli' igitur 'compositionem' acrostichi scriptor πόλον σύνταξιν intellexit nec defecit a vetusta quadam buius vocabuli significatione: πόλον γὰρ οἱ παλαιοὶ οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι σημεῖόν τι καὶ πέρας ἄξονος, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἄπταν (schol. in Aristoph. 'Av.' 179 p. 214, 32 Dind.)<sup>2)</sup>. Animadvertere licet haec non ex omni parte recte esse dicta: πόλος 'antiquis' quoque (etsi ultra saeculum quintum nobis ut vocem perseveremur non contigit) et punctum polare et caelum erat et aliud insuper. Testimoniis abundamus assidua lectione a nobis conquisisitis, unde proferemus potissima, ne discriminem quoddam ignoretur: quo fit, ut duo exemplorum quasi genera distinguas. Aeschylus 'Prometh.' v. 429 sq. de Atlante ὡς αἰὲν ἵπεροχον σθένος πραταιὸν γάς οὐρανιόν τε πόλον νύτοις ἱποστεγάζει. Euripides 'Orest.' v. 1683 sqq. de Apolline ἔγω δὲ Ἐλένην Ζηνὸς μελάθροις πελάσω λαμπρῶν ἀστέρων πόλον ἔξανίσας, 'Ion.' v. 1168 de tela varia

1) Macrobius 'Saturn.' I 17, 9 *Cornificius arbitratur Apollinem nominatum ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν*, i. e. quia intra circuitum mundi, quem Graeci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur. Patet ex scholio Aristophaneo quem ad circuitum pertinere. Cf. p. 128<sup>21</sup>.

ὑπερθε δὲ Ἀρκτος στρέφοντος οὐραῖα χενσήρει πόλι<sup>4)</sup>’, ‘Chrysipp.’ fr. 839, 10—11 N<sup>2</sup>. τὰ δ’ ἀπ’ αἰθερίου βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον πάλιν ἥλθε πόλον, ‘Pirith.’ fr. 594 .. δίδυμοι τ’ Ἀρκτοι τοῖς ὀκυπλάνοις πτερύγων ἔιπαις τὸν Ἀτλάντειον φρουροῖσι πόλον, ‘Epigr.’ 2 (Athen. II p. 61 B = I p. 265 Bergk.) ὡς τὸν ἀγήσατον πόλον αἰθέρος, Ἡλιε, τέμνων. Alexis fr. 261 K. de mensa cibos portanti ἵπερηφάνως δίζουσα τῶν Θρῶν λοπάς, τὸ τοῦ πόλον τοῦ παντὸς ἡμισφαλίου· ἀπαντ’ ἐνήν τάκει γὰρ ἐν ταύτῃ καλά, ἵχθις ἔριφοι, διέτρεχε τούτων σκορπίος, ὑπέφαινεν φῶν ἡμέτομα τοὺς ἀστέρας: ubi δὲ πόλος universus mundi globus subauditur ex earum rerum quae insunt enumeratione, ἡμισφαλίου globus dimidiatus, cuius figuram Pisces Haedi Scorpius ceteris cibariis inserti simulabant. Probe ita olim Schoemannus noster, cuius perpetuam nos recolimus memoriam, interpretatus est<sup>5)</sup>; mirifice nunc labitur Kockius, cum Gerytadis Aristophanei versiculum p. 13 a nobis propositum explanaturus, qui est de horologio, quattuor ista poetarum exempla congerit toto ut aiunt caelo distantia FCG I p. 431. Porro Timotheum fr. 13 B. σύ τ’ ὡς τὸν ἀεὶ πόλον οὐράνιον λαμπραῖς ἀκτίσι *Ἄλιε* βάλλων et ignotum Alexandrinum adducimus ab O. Schneidero post Callimachum (II p. 728) e tenebris protractum, qui ut detritum inde ab Homero adiectivum ἀστερόεις effugeret<sup>6)</sup> πόλωφ ἀστροχήτων confinxit egregie<sup>7)</sup>. Simili dictione Duris utitur (Ath. XII p. 535 F): τὸ δὲ πᾶν ο πόλος ἐνύφαντο χενσοῦς ἀστέρας ἔχων καὶ τὰ δώδεκα ζύδια in paludamento Demetrii Oppugnatoris (idem eodem teste γινομένων τῶν Δημητρίων Ἀθήνησιν ἐγράφετο ἐπὶ τὸν προσκηνίου ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὄχουμενος). Pseudoendoxum p. 123 exhibuimus. Quibus latini quidam

<sup>4)</sup> ‘De maiore Ursa sermonem esse, ut per se probabile est, ita confirmatur eo, quod ea est super Orionem. Quare πόλος non stella est, quae sic dicitur, infima ad caudam minoris Ursae, sed caelum ad circulum polarem(?) et οὐραῖα dictum pro οὐράνῳ’ G. Hermannus in ‘Ionis’ editione p. XIX.

<sup>5)</sup> ‘Aeschylus gefesselter Prometheus’ p. 305, ubi pauca de vocis πόλος significatu conlecta invenies.

<sup>6)</sup> Eadem de causa Theocritus in ‘Heraclisco’ v. 77 fecit ἐς οὐρανὸν ἀστρα φέροντα.

<sup>7)</sup> Ad ‘Comam’ Callimachi sine causa idonea revocavit O. Schneiderus. Monstravit idem crebram illius epitheti memoriam in carminibus infimae aetatis. Μήνη ἀστροχήτων ‘Argonauticorum’ Orphicorum scriptor ausus est v. 513 Abel.

accensendi et poetae (Accius, Augustei<sup>8</sup>) et prosae orationis scriptores<sup>9</sup>). Inter seriores Graecos commemorandi Dionysius Periegeta<sup>10</sup>), saec. II p. Chr. poeta, v. 236 *τερπότοι δὲ γραμμῆσι πόλον διεμετρήσατο Θυμῷ φρασσάμενοι λοξὸν δρόμον ἡλίου, cantor Isiacus<sup>11</sup>), Sibyllistae<sup>12</sup>), Orphici<sup>13</sup>), Manetho<sup>14</sup>), Nonnus<sup>15</sup>). Ex prosaicis Lucianum<sup>16</sup>) afferimus, Pausaniam<sup>17</sup>), Pseudoapollo<sup>18</sup>), sive ipsos sen auctores ignotos, Stephanum ('Apotelesm.' p. 18 a 22 Usener.).*

<sup>8</sup>) Attius 'Achill.' fr. XXII Ribb. *pervade polum, splendida mundi sidera binis continuis picti spoliis.* Hor. 'Carm.' I 28, 4 *aerias temptasse domos animoque rotundum percurrisse polum.* II 28, 43 *cras vel atra nube polum pater occupato vel sole puro.* 'Epid.' 17, 77 *polo deripere lunam vocibus possim meis.* Vergilius 'Aen.' III v. 585. V v. 721. C. I. L. VI 537.

<sup>9</sup>) De Seneca infra dicetur. Ammianus (alios de industria mittimus) XXV 10, 2 *Maximiani statua Caesaris, quae locata est in vestibulo regiae, amisit repente sphæram aeream formatam in speciem poli, quam gestabat.* Rem imperatores romani a diadochis, diadochi a Persarum regibus mutuati sunt. Cf. Lajarde 'Comptes rendus de l'acad. des inscriptions' 1835 p. 10 et Sittl in 'Annal. philol. Fleckeis. suppl.' 1885 p. 43.

<sup>10</sup>) Idem Dionysius voce Pythagorea κόσμος abstinuit pro mundo. Cf. Naekii splendidam de isto termino disputationem 'Opusc.' I p. 24.

<sup>11</sup>) Epigr. graec. ed. Kaibel p. 438 v. 31 *καὶ πυροέντων Ἀτλίου πόλων ἀγύτορα φαίνοντα κύκλων ἐς πόλον εὐθύνεσκον.*

<sup>12</sup>) Ex. gr. I v. 12, II v. 40.

<sup>13</sup>) 'Hymn.' 27, 4. 34, 16 et 19. 83, 7. 'Argon.' v. 563. 'Hierostol.' v. 7 p. 213 Abel.

<sup>14</sup>) I v. 277 (p. 92 Did.) *ἡ Κερδέσσα μέσον πόλον ἀμφιβεβῶσα κτλ.*

<sup>15</sup>) Schoemann ad Nonnum recte quidem quaesituros relegavit, sed diversa ipse confudit. I v. 177 *εἰς νότον ἐκ βορείου ληπὼν πόλον ἐς πόλον ἔστη* de polis meridionali et septentrionali sermo fit, non de caelo. I v. 145 *πόλος ἐπιτιζωνος* quo tendat adiectivo proditur. At I v. 240 *καὶ πόλος ἐσμαράγης* de caelo est. Cetera missa facimus.

<sup>16</sup>) 'Charon.' c. 4. p. 495: (Atlas) *τὸν πόλον αὐτὸν εἰς ὅν φέρει, ἀνέχων ἡμᾶς ἀπαντας.* Scriptor 'Astrologiae' Lucianae c. 15 p. 367: (Icarus) *ἐς πόλον ἀπέφελε τῷ νῷ ἐξέπεσε τῆς ἀληθῆς.* Paulus Silentarius 'Anth. Pal.' IX 782 quae de horologio procedit: *ὑδασι δ' ἡλίου ταλαντέουσι κελεύθοντες, ἐς πόλον ἐκ γαῖης μητριν ἔρεισάμενοι: polum septentrionalem spectant.*

<sup>17</sup>) VI 19, 5 *ἔχει μὲν πόλον ἀνεγόμενον ὑπὸ Ἀτλαντος* (thesaurus Epidamiorum), II 10, 5 *πεποίηται δὲ (Venus Canachi Seyone) ἐς τε χονσοῦ καὶ ἐλέφαντος φέροντα ἐπὶ τῷ κεφαλῇ πόλον κτλ.* Cf. p. 133 sq.

<sup>18</sup>) II 5, 11, 11 sq. *Ἀτλας ἐπὶ γῆς καταθεὶς τὰ μῆλα τὸν πόλον διεδέξατο.* De Atlante caelum sustentante usurpari πόλος solet, cf. p. 124 et adn. 16 et 17.

Seposuimus philosophos. Pythagorei<sup>19)</sup>, Plato<sup>20)</sup>, Aristoteles, Epicurus<sup>21)</sup> vocem πόλος de caelo evitabant. Stoici vero in duas partes discessisse videntur. Neque enim in Chrysippeis Gerckii πόλος invenimus sed οὐρανός semper (cf. fr. 17), verum habet Cleanthes Assius in hymno in Iovem (II p. XVIII Wachsm.) οὐδέ τι γίγνεται ἔογον ἐπὶ χθονὶ σοῦ δίκα, δαῖμον, οὔτε κατ' αἰθέριον θείον πόλον οὐτ' ἐνὶ πόντῳ. Quamquam magni facimus quod ne Cleanthes quidem definitionis ope nudare vocem generaliorem voluit. Ac constitit in isto more Seneca stoicus 'Epistul.' XVIII 4 Iovem Cleantheum ita affatus: *duc, o parens celsique dominator poli.* Idem 'Thyest'. v. 49 *cur micant stellae polo flammaeque servant debitum mundo decus,* 'Phaedr.' v. 1092 *Phaethonta currus devio excussit polo,* v. 663 *quacunque siderei poli in parte fulges* (Ariadne). Imbutus Stoicorum quoque placitis 'Axiochi' pseudoplatonici scriptor c. 12 p. 371 A: μετὰ τὴν τοῦ σώματος λίσιν τὴν ψυχὴν εἰς τὸν ἄδηλον χωρεῖν τόπον κατὰ τὴν ὑπόγειον οὐκῆσιν, ἐν ᾧ βασιλεία Πλούτωνος οὐχ ἡττα τῆς τοῦ Διὸς αὐλῆς, ἀτε τῆς μὲν γῆς ἔχουσης τὰ μέσα τοῦ κόσμου, τοῦ δὲ πόλον ὅντος σφαιροειδοῦς, οὐ τὸ μὲν ἔτερον ἡμισφαλξιον θεοὶ ἔλαχον οἱ οὐρανοὶ, τὸ δὲ ἔτερον οἱ ὑπένερθεν<sup>22)</sup> (didicisse se dicit Gobryas magus ex Hyperboreorum tabulis aeneis Deli positis)<sup>23)</sup>. Ad cuius

<sup>19)</sup> Plato 'Tim'. p. 28 B & 'Epinomis' Philippi p. 977 B, qui Philolai sententiam amplectitur: Zeller I<sup>o</sup> p. 440, Praetorius in 'Tirocinio phil. Bonn'. p. 4 sqq.

<sup>20)</sup> Cf. inferius p. 128.

<sup>21)</sup> Deest terminus etiam apud Lucretium.

<sup>22)</sup> Vix credideris πόλον isto loco ad caeli punctum septentrionale relatum esse a Stephaniani Thesauri editoribus s. v.

<sup>23)</sup> Axiochus post saeculum a. Chr. IV ortus esse summo criticorum consensu iure iudicatur. Quibus novum addimus argumentum e libelli exitu de promptum, simul ut temporis notam accuratiorem nanciscamus. Gobryam magum illa Socrates secum communicasse dicit. Avum enim Gobryae iussu Xerxi<sup>s</sup> dum bellum Graeciae infert, Delum postquam occupasset, e tabellis quibusdam aeneis, quas ex Hyperboreorum terra attulissent Opis et Hecaerge, cognovisse animam ad inferos in alterum caeli (*τοῦ πόλον*) semicirculum degressam in ius vocari. Quod quomodo fieret, secundum Orphicorum rationem illum accurate enarrasse. Mirum tamen illud scriptor, ut est consilii artisque inops admodum, declarare omisit, qui explicaretur quod ante barbari adventum tabellae istae in media Graeciae luce positae ac graece scriptae Graecorum nulli innovuerunt: ita enim apertum est voluisse narrationis compositorem. Multo igitur

formam loquendi proxime Pseudoheraclitus stoicus accedit, quem a recentiorum licentia vindicamus 'Allegoriarum Homericarum' c. 45: ἡ τε θοὴ νὺξ οὐκ ἄλλο τι σημαίνει πλὴν τὸ σφραγοειδὲς ὅλου τοῦ πόλου σχῆμα, ubi invitis codicibus Schowius et Galeus κόσμου pro πόλου reponabant, obstante tamen Meblero editore novissimo.

Tantum de 'caelo'. Ad aliam πόλου significationem transimus. γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, ἐλλομένην δὲ περὶ τὸν διὰ πατός πόλον τεταμένον, φύλακα καὶ δημιουργὸν τυπτός τε καὶ ἡμέρας ἐμπχανήσατο Plato loco celeberrimo 'Tim.' p. 40 B, quem egregie nuper Zellerus explanavit ('Abb. der Berl. Akad.' 1888 p. 1337). Vides πόλον Platoni esse axem mundi, quasi τὸν πολὸντα.<sup>21)</sup> Aliter philosophus in 'Cratyo' p. 405 C: . . ὅτι τὸ α σημαίνει πολλάχον τὸ ὄμοῦ, καὶ ἐνταῦθα τὴν ὄμοῦ πόλησιν καὶ περὶ τὸν οὐρανὸν (οὓς δὴ πόλους καλοῦσι) καὶ περὶ τὴν ἐν τῇ φύῃ ἀρμονίαν (ἢ δὴ συμφωνία καλεῖται), ὅτι ταῦτα πάντα, ὡς φασιν οἱ κομψοὶ περὶ μονστήν καὶ ἀστρονομίαν (Pythagorae dicit sectatores, Zeller 'Philosophie der Griechen' I<sup>5</sup> p. 429 sqq.), ἀρμονίᾳ τινὶ πολεῖται (Ast: πολεῖ BT) ἀμα πάντα. ἐπιστατεῖ δὲ οὗτος ὁ Θεὸς τῇ ἀρ-

---

imprudentius hic quam qui sepulcretis tabellas veris historis refertas sese eruisse simulabant (Hercher in Fleckeisenii 'Annal. philol. suppl.' I p. 12<sup>b</sup>, Rohde 'Griech. Roman' p. 252). Vide nunc celebre Euhemerist inventum de Panchaea insula et ipsa sacra Oceano indicō finitima ac de columna deorum historiam Aegyptiorum lingua scriptam continent, quam sese ipsum imperante Cassandro cum in ista regione navigaret appulsum lectitasse gloriabatur (Sieroka 'De Euhemero' p. 12): male quod interpretm babet in 'Axiochi' fabula, id ipsum concedes optime procedere apud Euhemerum, quem vel inter philosophos erant qui probarent (cf. Hartfelder 'Mus. rhen.' 1881 p. 234). Respxit etiam Persaeus stoicus (Diels 'Doxogr.' 544<sup>b</sup>). Hinc ad Euhemerist exemplum Axiochus compositus esse arguitur non ante annum ± 290 (Sieroka p. 29), idque Athenis, si in hanc sententiam convertere singularem urbis cognitionem licebit. Cum his coeunt perbene, quas Wilamowitzius in 'Antigono' p. 294<sup>a</sup> et Susemihlius 'Hist. litt. alex.' I p. 21<sup>ta</sup> (contra Bureschium 'Stud. Lips.' IX 1887 p. 9 sqq.) obtulerunt. Rationes Axiochi philosophicas e Platonis Epicuri Stoicorum lectione confusas optime inlustravit P. Corsenus 'Mus. rhen.' 1881 p. 516 sqq. Posidonij Ηερὶ πένθοντι exemplo, tametsi Axiochi scriptori nulle cum Posidonio affinitas (Gercke in 'Tirocinio phil. Bonn.' p. 31). De Aeschinis Axiocho ultra C. Fr. Hermannum ('Aeschin. Socr. rel.', p. 20) aegre proceditur.

<sup>21)</sup> Cf. Macrobius 'Saturn'. I 17, 9 (supra p. 124<sup>b</sup>), qui Platonis 'Timaeo' p. 40 C inlustratur. 'Timaeum' spectat Hesychius s. v. πόλος . . ἀξων. Perperam M. Schmidtius rettulit ad Aeschyli Prometheus (p. 124).

*μοντὶς δύμοπολῶν αὐτὰ (BT, ταῦτα coniecit Ast) πάντα καὶ κατὰ θεοὺς καὶ κατ’ ἀνθρώπους.* Is locus mendo inquinatur, cum nemo unquam astronomus<sup>25)</sup> caelum ‘polos’ nec dixerit nec ulla ratione dicere possit, si quid sapimus. Platoni *oī* pro *oī* reddendum esse censemus in poetis praesertim, verum etiam in iis scriptoribus, qui semotius dicendi genus neque excolunt neque affectant, bene memores talia lectitari: ‘Il.’ XI v. 757 πέτρης τ’ Ὡλευτῆς καὶ Ἀλεισίου ἐνθα κολώνη κέχληται, Pind. ‘Nem.’ IX v. 41 (Helorus) ἐνθ’ Ἄρεας πόδον ἀνθρώποι καλέοισι, Sophocles ‘Trachin.’ v. 636 (Malis) ἐνθ’ Ἐλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται i. e. ubi Pylaea quae appellantur concilia sunt, Plato ipse in ‘Phaedone’ c. 57 p. 107 C ἀλλὰ τόδε γ’, ἔφη, ὡς ἀνδρες, δίκαιον διανοηθῆναι, ὅτι, εἶπερ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, ἐπιμελεῖας δὲ δεῖται οὐχ ὑπὲρ τοῦ χρόνου τούτου μόνον, ἐν τῷ καλοῦμεν τῷ ζῆν, ἀλλ’ ὑπὲρ τοῦ παντός. Quae versus Empedoclis de sanguine mentis origine in memoriam revo- cant: αἴματος ἐν πελάγεσσι τεθραμμένη ἀντιθορόντος, τῇ τε νόημα μάλιστα κυκλίσκεται ἀνθρώποισιν αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἔστι νόημα (Stob. ‘Ecl.’ I p. 424 ex Porphyrio). Ubi κυκλίσκεται post Heerenium Wachsmuthius induxit invitis librariis, in-vito etiam Meinekio, qui verbum κυκλίσκεται prorsus insolens coniectando procreari vetuit FCG II p. 18. Nec respuit eandem structuram Xenopho in ‘Oeconomico’ IV 6 (II p. 149 Sch.) πάντας ἄμα συνάγων (rex) πλὴν τοὺς ἐν ταῖς ἀκροπόλεσιν, ἐνθα δὴ «Ο σύλλογος» καλεῖται, τοὺς μὲν ἀμφὶ τὴν ἑαυτοῦ οἰκησιν αὐτὸς ἐφορῷ κτλ. neque Hipparchus astronomus, unde p. 77, 15 adscriptimus

<sup>25)</sup> Inter poetas conatus est Valerius Flaccus in ‘Argonauticis’ I v. 616sqq. procellam describens:

*Vasto pariter ruit igneus aether  
cum tonitru piceoque premit nox omnia caelo.  
Excussi manibus remi conversaque frontem  
puppis in obliquum resonos latus accipit ictus . . .  
Qui tum Minyis trepidantibus horror,  
cum picei pulsere poli pavidaque coruscae  
ante ratem cecidere faces!*

Sentimus tamen facile, quid inter Platonis locum intersit et Valerium: ille secundum lectionem traditam loqueretur, quasi πόλοι vulgaris esset astronomorum de caelo terminus, hic non sine licentia poetae concessa a duobus punctis sibi oppositis totum caeli globum significavit. Cavendum igitur est quam maxime, ne ad tuendam codicum Platonicorum auctoritatem Valerio abutaris.

οὐδὲ μὴ τοῦτ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τοὺς ὑφ' ἡμῶν λεγομένους ἀστέρας ἐστὶ τῶν ποδῶν ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν γονάτων τιθῆσθαι. Alterum Hipparchi locum p. 74, 40 invenies. Denique qui peculiaribus oblectari assolet Pausaniam aliis missis meminimus in isto genere per' esse multum. Iam Platoni emendando vel emendato potius satactum erit.<sup>26)</sup> Cf. p. 137.

Aliquid indagavimus, nec tamen satis. Platonem indagavimus duplii (ut primo visum est adspectu) significatione vocem πόλος et de axe et de polis axem terminantibus usurpasse. Quod nec primus nec solus Plato fecit sed physicae eiusdam vel quorundam doctrinae obsecutus. Anaxagoram primum conferimus Hippolyt. 'Philosophum.' 8, 10 ('Doxogr.' p. 563): τοὺς δὲ μεταβαίνοντας ἀστέρας ὥσει σπινθῆρας ἀφαλλομένους γίνεσθαι ἐκ τῆς κυρήσεως τοῦ πόλον. Septentrionalem polum hoc loco designari mero captus errore Dielesius p. 806 adnotavit. Vetaret vel singularis numerus nunc cogitari de polis, vetant moveri polos astronomi antiqui<sup>27)</sup>, vetat ipse quem adscripsit Dielesius quasi adiutorem Epicurus Epiphan. 'Adv. haeres.' (III 2, 9 p. 589 Diels) τὰ δὲ ὅλα ἀφ' ἑαυτῶν πνεύσθαι καὶ δι' ἑαυτῶν ἐν τῇ περιδιηγήσει τοῦ πόλου [καὶ τῶν ἀστρων], ὡς ἀπὸ τοῦ δρακοντοειδοῦς ἔτι τὰ πάντα ἐλαύνεσθαι πνεύματος.

<sup>26)</sup> Haec postquam ipsi non sine labore undique comportavimus, R. Unger doctus nos amicus admonuit 'Paradox. Theb.' p. 304—307. Auxit ille Wyttensbachii ad Platonis Phaedonem l. c. (p. 285) conlecta tanta optimorum exemplorum copia, ut sollertia viri admireris. Ne comicis quidem illa structura neque in lyricis partibus (Cratin. 'Archil.' fr. 7 K.) neque in senariis displicuit (cf. p. 137). Transiit etiam in Romanorum prosam orationem (velut in Livium et Plinium, cf. W. Schulzium 'Quaest. epic.' p. 286). Lucem inde impeditis quibusdam locis Ungerus attulit. Quae non iteraremus, nisi mira constantia emendantis auxilio editores novissimi resisterent. Liv. VIII 19, 4 *aedes fuere in Palatio eius, qua Vacci prata diruto aedificio publicatoque solo appellata: qua Ungerus, qua codices et Madvigius. Plin. N. H.' VII 195 *puteos Danaus ex Aegypto advectus in Graeciam, qua vocabatur Argos Dipsion: qua Ungerus, qua codices et Detlefssenius. Serv. Verg. 'Aen.' XII v. 412 p. 612 Thilo: cf. cap. V. [Madvigius 'Emend. Liv.' p. 462.]**

<sup>27)</sup> Senecam 'Phaedr.' v. 961 non veremur ob pluralem ut quis advocet: *cursusque vagos rapis astrorum celerique polos cardine versas.* Varro apud Gell. III 10 *duos minimos (circulos), qui axem extimum tangunt, πόλους αρ-ρεπταρι dixit, sed eos in sphæra quae κρικοτή vocatur propter brevitatem non inesse.* Hinc lineam circularem Schaubachius ('Geschichte der griech. Astr.' p. 135 sq.) conclusit perperam 'πόλον' primitus fuisse. Idem Varro 'De lingua latina' VII 14 M.: *polus graecum; id significat circum caeli.*

Seclusimus interpolamentum: *τῶν ὅλων sive τοῦ κόσμου pars est caelum (πόλος), caeli particulae quodammodo astra affixa illie pleraque, nec dixeris nisi inepte totum mundum moveri, dum circuitus et quasi involuerum mundi et astra circumcursant. Axem potius, ni fallimur, cum Anaxagora et Platone Epicurus dicere voluit.* Idem vero Anaxagoras borealem quoque polum prorsus ut Plato (p. 128) suo nomine appellavit Laert. Diog. II 9, 5: *τὰ δὲ ἀστρα κατ’ ἀρχὰς μὲν θολοειδῶς ἐνεχθῆνται (placet Anaxagorae), ὡστε κατὰ ποσῳδὴν τῆς γῆς τὸν ἀεὶ φανερὸν εἶναι πόλον· ὑπερον δὲ τὴν ἔγκλισιν λαβεῖν*<sup>25)</sup>. Sive Anaxagoras sive Plato sive alius nescio quis 'Testamenti' Orphici compilatorem, similia ut fingeret, adduxit (Aristobul. in Eusebii 'Praep. ev.' XIII 12, 5 v. 25):

*καὶ σφαιρὶς πίνημι ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει,  
κυκλοτερέσις γ’ ἐν ἴσῳ, κατὰ δὲ σφετέρον κυώδακα.*

*κυώδαξ* dens sive cardo masculus est, ut architecti loquuntur, globi et axis terminus. Ergo κατὰ κυώδακας σφαιρὰ περιτέλλει. Ac dixit sic Sextus 'Adv. math.' X 93 *οἱ γὰρ περὶ τοῖς κυώδαξιν εἰλούμεναι σφαιραὶ καὶ οἱ περιδινούμενοι ἄξονες (et alia) πινεῖται μέν, ἐν φ’ δὲ ἐστι τόποι κυρεῖται et 50 (κατὰ κυκλοφορητικὴν κίνησιν) ὁ κεραμεικὸς τροχὸς στρέφεται καὶ ἡ σφαιρὰ τοῖς κυώδαξι περιδινεῖται· ὥσπερτος δὲ καὶ *{οἱ}* ἄξονες καὶ τὰ τίμπανα.*

Tria quinto ante Chr. saeculo πόλος indicabat, caeli globum, axem, axi terminos. Haec duo certe Ionom sunt, primum illud quo referatur haereti potest; Atheniensibus extrinsecus adlatum

<sup>25)</sup> 'Dox.' p. 563 ἀνέμος δὲ γίνεσθαι λεπτυνομένον τοῦ ἀέρος ὑπὸ τοῦ ἥλιου καὶ τῶν ἐκκαιομένων πρὸς τὸν πόλον ἵποχωρούντων καὶ ἀποφερομένων (placet Anaxagorae). Hoc loco septentrionalem polum dici intelligitur e fr. 19 syllogae Schaubachiana. Dixit etiam Democritus. Inter cuius mathematica scripta Thrasylus rettulit Οὐρανογραφίην Γεωγραφίην Πολογραφίην Ἀστριογραφίην, inter physica Κοσμογραφίην (Laert. Diog. IX 7, 47–48). Monstrant ceteri tituli, Πολογραφίην de poli septentrionalis vel de utriusque poli situ fuisse. Hinc pendet de epistula pseudodemocritea indicium p. 305 'Epistolographorum' Hercheri: ἐπηλθεῖς ἡμῖν, ὡς Ἰππόχρατες, ὡς μεμηρόσιν . . . ἐτυγχάνομεν δὲ περὶ κόσμου διαθέσιος καὶ πολογραφίης, ἕτι τε ἀστρων οὐρανίων ἐνγγράφοντες. Cf. p. 128. Certe aberravit Schoemannus l. c.: *Auch findet sich πόλος bei allen älteren Schriftstellern immer nur vom Himmel . . . gesagt.*

Quod in nummis recentioris notae philosophi physici (Anaxagoras, Pythagoras) πόλον manu tenent, cave in voce historia explicanda ne abutaris (Sittl 'Annal. philol. Fleckeis.' 1885 p. 44).

esse longe veri simillimum. Quarta accessit heliotropii significatio p. 13sq., quae item crevit apud Iones. Quod instrumentum per Milesios<sup>29)</sup> ex Assyria in Graecorum continentem pervenit Herod. II 109 πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἑλλήνες (Ideler 'Chronol.' I p. 234).

Subsistamus parumper. Primum enim Epinomis PHILIPPI Opuntii astronomi p. 986 B desiderat commentariolum. Enumeratis octo caeli potentiis Sole Luna fixorum siderum ordine quinque planetis Philippus subiecit: ταῖτας δὴ πάσας καὶ τούτους τοις ἐν ταύταισιν εἴτε αὐτοὺς ἴόντας εἴτε φερομένους ἐν ὄχημασι πορεύεσθαι ταῦτη μηδεὶς ἄλλως ποτὲ νομίσῃ πάντων ἡμῶν, ὡς οἱ μὲν θεοὶ εἰσὶν αὐτῶν, οἱ δὲ οὐ . . . πάντες δὲ δὴ πάντας λέγωμέν τε καὶ φύμεν ἀδελφούς τ' εἶναι καὶ ἐν ἀδελφαῖς μοιραῖς καὶ τιμᾶς ἀποδιδόμεν μὴ τῷ μὲν ἐνιαυτόν, τῷ δὲ μῆνα, τοῖς δὲ μήτε τινὰ μοιραῖς τάττωμεν μήτε τινὰ χρόνον, ἐν ώρᾳ διεξέρχεται τὸν αὐτοῦ πόλον, ξυναποτελῶν κόσμον, ὃν ἔταξε λόγος ὁ πάντων θεοτάτος δρατόν. Interpretes πόλον lineam circularem esse contendunt deficientem quod poscimus astronomorum usu et patrocinio. Secundum scriptoris morem «πόρον» exspectares<sup>30)</sup>). Consulto Philippus vocem πόλος etiam de caelo declinabat, ut philosophorum plurimi atque etiam astronomi, velut Eudoxus Aratus Hipparchus, alii.

Adnectimus APOLLONIUM Rhodium 'Argon'. III v. 161—163:

δοιὼ δὲ πόλοι ἀνέχουσι κάρην  
οὐρέων ἡλιβάτων, κορυφαὶ χθονός, ἥχι τ' ἀερθεῖς  
ἥλιος πρώτησιν ἐρεύθεται ἀπτίνεσσιν.

Ἐρεύγεται Laurentianus, ἐρεύθεται recentiores codices fortasse ex coniectura. Quibus obtemperandum censemus Merkelii mutationem ἐρείδεται aspernati, quae in hoc nexus ne intellegi quidem potest. Nam ἐρείδει utique exspectares et obiectum requireres, quemadmodum ipse Apollonius IV v. 113 exhibet immerito ab editore subsidio vocatus μὴ πρὸ τοῦ ἀμαλδίνη (φάσις ἡσοῦς) θηρῶν

<sup>29)</sup> 'Invenisse' fertur Anaximander Laert. Diog. II 1, 3. Suid. s. v. Ἀράξ.

<sup>30)</sup> P. 982 BE, 983 C, 984 E, 986 B, 987 B, 990 BC. Plato 'Legg.' IV p. 716 A. Cleanthes II p. X Wachsm. (= Clem. Alex. 'Strom.' V p. 674, 11) ἀντικρὺς πληγερὸν τὸν ἥλιον καλεῖ ἐν γὰρ ταῖς ἀνατολαῖς ἐρείδων τὰς αὐγὰς οἷον πλήσσων τὸν κόσμον εἰς τὴν ἐπαρκόντον πορειαν τὸ φῶς ἄγει (Laert. Diog. VII 1, 144).

*στίθον τὸδὲ καὶ ὁδμῆν θηρεῖην, λευκῆσιν ἐνισκέμψασα βολῆσιν,* scilicet *στίθον ἡδὲ ὁδμῆν<sup>31)</sup>*. et Cleanthes (cf. p. 132<sup>30</sup>). At quid dicat poeta percontamur. Nam neq; de caelo nec de caeli punctis cogitari potest. Quodsi aliquid in Apollonio tentandum est, globosa summorum montium cacumina contendimus attingi<sup>32)</sup>. Cuius interpretationis haec tria argumenta proferimus. (1) Hesych. s. v. πόλος] . . κύκλος· καὶ τόπος κορυφῆς κυκλοειδής. Scripsit τύπος Henricus Stephanus et Schwenckii consensum nanctus est rectissime, quoniam certam collis formam lexicographus indicare voluit. Hinc Πόλος ὀνομαζόμενον χωρίον ad Tanagram unde nomen habuerit intellegitur (Paus. IX. 20, 3)<sup>33)</sup>. (2) Caput humanum a forma — rotunda nimirum — πόλος audiebat Poll. II 38. (3) πόλον, i. e. globum, statuae gestabant Fortunae ex. gr. apud Smyrnaeos<sup>34)</sup>, Minervae ex. gr. apud Erythraeos<sup>35)</sup> et Ilienses<sup>36)</sup>.

<sup>31)</sup> III v. 823. IV v. 885. 981 al. Aratus v. 1107 ὀμνοὶ εἰνόδιοι παιζοντιν ἐφειδόμενοι κεράσσοντιν docet, quid sit ἐφειδεσθα τινι. Ceterum nihil nisi Merckeli interpretationem conjecturae ab ipso propositae redarguere voluimus. Quam qui retinendam censem Wilamowitzius ἐφειδεσθαι ita accipit, ut 'niti primis radiis solem in duobus illis fastigiis' censeat.

<sup>32)</sup> Simplicius aliquanto Dionysius, qui multa habet ex Apollonio, v. 150 μέσσου δ' ἔνθα καὶ ἔνθα δύο ὀνέχονται κολῶναι κτλ.'

<sup>33)</sup> ἐνταῦθα Ἀτλαντα καθήμενον πολυπραγμονεῖν τὰ τε ὑπὸ γῆν φασι καὶ τὰ οὐράνια. Quae qui de Atlante primus finxit, πόλον caelum esse significavit.

<sup>34)</sup> Paus. IV 30, 6. Pacuvius fr. inc. XIV Ribb. Fortunae πόλον ex fonte graeco describit: *Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent philosophi saxoque instare in globoso praedicant volubilei.*

<sup>35)</sup> Paus. IX 5, 9. Schol. Il. VI v. 92, ubi πόλιν codices ABT, πόλον Eustathius. πόλον emendavit O. Jahnius.

<sup>36)</sup> Furtwaengler in Roscheri Lexico s. v. I p. 690. Mittimus alia multa, velut de Venere; suppetit ampla querendi materia. Perdigna res etiam post Lajardium et Eduardum Gerhard ('Prodromus mythol. Kunsterklärung' p. 6sqq.), quam per artis et litterarum monumenta persequaris. Tantum dispicimus, antiquos non idem ac recentiores de 'polo' statuarum sensisse. 'Der Polos, den die ephesische Göttin auf Marmorbildern als bilderreiche Scheibe unter der Thurmkrone zu zeigen pflegt, erscheint gleichgeformt auf Münztypen ebenfalls mit der Thurmkrone oder mit dem Modius . . Aber auch als eine Kugel, wie auf Ammons- und Saturnusköpfen (Anm. 46) . . kommt der zum Hauptschmucke gewordene Polos vor, so über dem Doppelmond der samischen Here'. P. 24<sup>47</sup> 'Wie der Polos in den regelmässigen Kunstgebrauch, namentlich der Marmorwerke, als Stephane übergegangen ist, so findet er sich auch an dem ephesischen und ähnlichen Idolen meist verändert, bald in halb-

Antrum solare significare Apollonius videtur montium contagio effectum<sup>27)</sup>. Et Merkelio rectius olim Valerius Flaccus 'Argon.' IV v. 90—97 in Apollonii sententiam sese insinuavit commentarii fortasse auxilio<sup>28)</sup>, quamquam scholia nunc quidem deficiunt, auxitque exaggerando:

*Interea magni iamiam subeuntibus astris  
Oceani genitale caput Titania frenis  
antra sonant; Sol auricomis urgenteribus Horis  
multifidum iubar et bis seno sidere textam  
loricam induitur; ligat hanc qui nubila contra  
balteus undantem variat mortalibus arcum.  
Inde super terras et eoi cornua montis  
emicuit traxitque diem cendentibus undis<sup>29)</sup>.*

Dutius in ARISTOPHANE immorandum est. Facit is Upupam et Pithetaerum, cum rerum humanarum taedio oppressus in montis fastigium avibus habitatum aegre erepsisset, de condenda urbe ita sermocinantes 'Av.' v. 173—192:

175      *ΕΠ. πολαρ δ' ἄν οἰτισαιμεν ὅρνιθες πόλιν;  
Π. ἀληθες; ω σκαιότατον εἰρηκώς ἔπος,  
βλέψον κάτω. ΕΠ. καὶ δὴ βλέπω. Π. βλέπε τὸν ἄνω.  
ΕΠ. βλέπω. Π. περίαγε τὸν τρόχηλον. ΕΠ. νὴ Δια,  
ἀπολαύσομαι τι δ', εἰ διαστραφήσομαι;  
Π. εἰδές τι; ΕΠ. τὰς νεφέλας γε καὶ τὸν οὐρανόν.  
Π. οὐχ οὗτος οὖν δῆπου στίν ὅρνιθων πόλος;*

*zirkriger Form oder in Mondesgestalt' etc.* Vides misceri inter se a Gerardo quae prorsus diversa sunt. Oblocutus est in quibusdam Schwenckius 'Etymol. mythol. Andeutungen' p. 87—89.

<sup>27)</sup> Endymionis, qui Solis instar habendus est, cavernam Latmiam apte conferes.

<sup>28)</sup> Ed. Schwartz 'De Dion. Scyt.' p. 34sqq.

<sup>29)</sup> A veriloquii periculo nos retinemus. Errarunt G. Curtius 'Griech. Etym.'<sup>5</sup> p. 470 *cāras Gang Bewegung, auch der Gestirne, vergleicht sich mit πόλος* et J. Schmidt 'K. Z.' XXV p. 138, postquam τέλλω et πέλω ad eandem quam Curtius stirpem reduxit: *Der Zusammenhang beider Sippen wird namentlich durch die abgesehen von dem verschiedenen Tempus vollständige Synonymität von περιτελλομένων ἐνιαυτῷ und περιπλομένων ἐνιαυτῷ bei Homer klar.* At πόλος non cursum nec πέλειν currere significat. Esse audimus qui πόλος et κύκλος voces eodem redigant adsumpta reduplicatione. Gauderemus, id si fieri posset. Videant tamen ipsi.

- 180 **EΠ.** πόλος; τίνα τρόπον; Π. ὥσπερ εἴποι τις τόπος.  
 ὅτι δὲ πολεῖται τοῦτο καὶ διέρχεται  
 ἄπαντα διὰ τούτου, καλεῖται νῦν πόλος.  
 ἦν δ' οἰκιστε τοῦτο καὶ φράξῃδ' ἀπαξ,  
 ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις.
- 185 ὥστ' ἄρξετ' ἀνθρώπων μὲν ὥσπερ παρνόπων,  
 τοὺς δ' αὖ θεοὺς ἀπολεῖτε λιμῷ Μηλῃ.
- EΠ.** πῶς; Π. ἐν μέσῳ δήποτεν ἀήρ ἔστι γῆς.  
 εἴτ' ὥσπερ ἡμεῖς, ἦν ἵέναι βουλώμεθα  
 Πυθάδε, Βοιωτοὺς δίσδον αἰτούμεθα,  
 190 οὕτως, δταν θύσωσιν ἀνθρώποι θεοῖς,  
 ἦν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοί,  
 τῶν μηρίων τὴν κνίσαν οὐ διαφέρετε.

Interpres antiquus, cuius verba p. 124 adscripsimus, πόλον explicavit τὸ περιέχον τὸ ἄπαν. Nec videtur Kookius, modo sententiam eius hanc ita manifesto declaratam perspiciamus, dissentire velle<sup>40)</sup>. At quid? Avium πόλος si medius est inter caelum (οὐρανόν v. 178)<sup>41)</sup> et tellurem, si conspici inde non modo nubes possunt sed superior caeli regio: quo tandem ratiocinandi artificio, ne frandem dicamus, caelum ipsum esse ὄργιθων πόλον contendunt? Immo diversus a caelo, diversus a terra. Suspexit Upupa in altum, despexit deorsum, nubes observavit ac caeli circumitum, tanquam in observatorio conlocata: οὐχ οὗτος οὖν δήποτεν στὸν ὄργιθων πόλος; Particulam οὖν intendas: 'quae cum ita observavitis, non hoc avium certe — observatorium'. Poscit hoc necessario sententiae decursus. Suadet vero etiam dicendi usus Aristophaneus. Etenim duobus praeterea locis πόλον extare apud comitem animadvertisimus p. 13 et utrobius heliotropium vel observatorium Metonis significare in Colono forensi erectum, quo «σκοποῦσι τὰ μετέωρα ταντὶ καὶ τὰ πλάγια ταντὶ». Quid? quod in alia 'Avium' scena Aristophanes apertius etiam quam factum est hoc loco instrumenti Metoniani non sine cavillatione reminiscitur, cum novam avium urbem in sublimi dimensurum ipsum Metonem intro-

<sup>40)</sup> πόλος νον πέλεσθαι, πολεῖσθαι (?), locus ubi aves versantur. *Vom Himmel Aesch.* Prom. 430 οὐράνιον πόλον. *Eurip. Erechth.* 6 (? An Chrysipp. ? cf. p. 125). Item fallitur vel Schoemannus p. 205 et lexicographi (cf. Passowium s. v. πόλος).

<sup>41)</sup> Cf. etiam v. 264, 551, 843 sqq., 1234.

ducit ὅτι οἶδεν Ἐλλὰς χωρὶς Κολονός<sup>42</sup>). Quae omnia superius satis explanata esse speramus. Sed ultimus nondum scrupulus exemptus. Aristophanem alibi ‘ἡ πόλος’ de instrumento dixisse Achilles adnotavit (p. 13), et ita Lucianus attieissans ‘Lexiph.’ c. 4: *καὶ γὰρ ὁ γράμμων σκιάζει τὴν πόλον* (Ideler ‘Chronol.’ I p. 233<sup>43</sup>). Quid in tanta grammaticae discordia faciemus? Misericordia lusisse comicus videtur, qui πόλον observatorium esse vellet, ut vero ‘circuli’, ubi aves circulantur, significationem ludibundus efficeret pellucentem: hoc articulo masculo, copulatione et sententiis illud facile assecuratus est. Cf. p. 133.

Attamen statim intra contiguorum versuum fines in devia ac diserepantia adeo ineidit oratio, si modo credimus codicibus et vetusto qui omnia eadem iam habuit enarratori. Nam sciscitanti Upupae, quid tandem πόλος sit, Pithetaerus respondet quasi nihil nisi ‘caelum’ hoc ipso vocabulo vel ‘caeli pars’ subindicaretur. Nam τόπος πολούμενος quorsus alio spectat, quam ad caelum rotans? An ad heliotropium vel observatorium? At illud neutiquam πολεῖται! In codicum scriptura «καὶ διέρχεται ἀλευτία διὰ τοῦτο» senarii vitium ut effugeret Bergkius genetivum τούτον ex scholio recepit<sup>44</sup> de sententia securus. Sine dubio Bergkius ad ultima ea respexit, quae v. 188—192 et v. 557 subiciuntur, nec cepisse tamen videtur quam illa essent ipso veriloquio de quo agitur aliena ac perabsurda neque facile ferenda. Genuinum esse «τοῦτο» paene crederes ob sententiam ‘quia hoc rotatur et omnia permeat, propterea vocatur πόλος’ et cogitavisse quamvis perverse scriptorem de aere omnia implente ob v. 187 al. Res tutut est: dictionis consensu codicum, non criticorum opera male sedula, propositae ‘vitium immane’ subiungimus postremo. Soloecum esse v. 180 ὥστε εἴποι τις optime Cobetus monuit ‘Variarum lectionum’ p. 112 et

<sup>42</sup>) Nihil attinet persecui, quomodo poeta Diogenis Apolloniatae placita suis ipsis festive inventis immiscuerit. Viam in hac quaestione Dielesius commentatione de Lencippo et Democrito scripta patefecit, qua nihil nos hoc in genere novimus praeclarius (‘Verhandlungen der XXXV. Versammlung deutscher Philologen in Stettin’ 1881 p. 106 sqq.). Cf. p. 138<sup>45</sup>. Blaydesiana editiunculae palude nihil expiscaberis.

<sup>43</sup>) Extra Atticam ὁ πόλος dicebatur de instrumento (cf. p. 13). E Pollucis VI 110 descriptione semiglobum nanciscimur.

<sup>44</sup>) (πόλος) ὡς αὐτοῦ τε περιπολουμένον καὶ δι’ αὐτοῦ πάντων ἐρχομένων. Ex cetera scholii eruditione grammaticum bonae antiquitatis latere putares.

reponi haud cunctanter iussit *ωσπερ εἰ λέγοις*. Sed prohibenda ab hoc corpusculo omnis secandi violentia. Quid igitur? Interpretamentum tenemus in numeros iambicos 180—182, vel 181 et 182 tantummodo<sup>45)</sup> coactum idque eo consilio, ut obscuritas loci si posset veriloquii quasi face discuteretur? ‘Fac πόλον de observatorio et de circulo legenti fabulam vel agenti ignotum fuisse — ac facile potuit —: ad explicandi nugas ab usitatiore caeli significatu petitas delabi debuit. Athenienses nullo ipsi egebant interprete. Qui si verendum erat ut facetias istas caperent facile, poetam talia non credimus adscitum fuisse. Igitur illi quidem rem ceperunt e vestigio ut res alias nonnullas in ‘Avibus’ lepidissimas sed quae non modo recentioribus<sup>46)</sup> sed iam antiquis enarratoribus multum negotii fasscerent.’ Audimus, at haeremus increduli. Nam ad v. 184 «ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις», oppositio, i. e. v. 182 «καλεῖται νῦν πόλος», flagitur nec careri responso v. 180 sqq. oblato potest, cum interrogatio insit versui 179. Itaque tertiam quoque vocis πόλος notionem ‘caeli’ Aristophanes adscivit in ipsa varietate inter paucos facetus. Conferas v. 1000 sqq. inferius adscriptos.

Sed nondum finita de Aristophane quaestio. Restant v. 183—184:  
 ἦν δ' οἰκισητε τοῦτο καὶ φράξῃ οὐταξ,  
 ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις.

Upupae interest non quo ad urbis nomen modo, sed quo ad ipsam urbem per ventura sit. Proinde in posteriore versiculo eandem construendi agnoscamus audaciam quam fusius p. 129 tractavimus, et vertendum esse arbitramur ‘ex orbe urbs quae nominatur fiet’. Sed haec in transcurso. Deinde poeta in vocum πόλις et πόλος assonantium similitudine iocatur, verum imprudenter nequaquam<sup>47)</sup>.

<sup>45)</sup> Voluit ita Cobetus l. c. et Meinekius in editione. — Tuetur Wilamowitzius verba «ώσπερ εἴποι τις» exemplis nonnullis, ut Eur. ‘Andr.’ v. 929.

<sup>46)</sup> V. 670 ὄσσον δ' ἔχει τὸν χρυσὸν, ὥσπερ παρθένος (Iuscinia quae in scenam prodiit) a Kockio cum Iliade II v. 872 comparatur: δος καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἔν, ηύτε κούνοι (Antimachus). Demiratur Pithetaerus non quod aliquid aurei gestat avicula, sed quod tantum. Ergo Παρθένος pro aurea Minervae Virginis statua dictum accipiendum esse dubitanter conjectatur in Preller ‘Mythologia’ I<sup>4</sup> p. 197<sup>1</sup>.

<sup>47)</sup> Stoici mundum (*χόσμον*) cum hominum urbe conferre amabant: cf. Diels ‘Dox.’ p. 464 et L. Cohn ad Philonis Alexandrinini libellum ‘De opificio mundi’ 54, 9 p. 82.

Circulare enim spatum antiquorum urbibus consuetum, ipsae Athenae τροχοειδεῖς. Ac Meto cum prodiisset regulis metiendi instructus, ut futuram avium urbem per regiones distribueret, quid pollicetur v. 1000 sqq.?

αὐτίκα γὰρ ἀήρ ἐστι τὴν ἰδέαν ὅλος  
κατὰ πνιγέα μάλιστα· προσθεὶς οὖν ἡγό<sup>ν</sup>  
τὸν κανόν', ἀνωθεν τοντονὶ τὸν καμπύλον  
ἐνθεὶς διαβήτην — μανθάνεις; Π. οὐ μανθάνω.

M. ὁρθῷ μετρήσω κανόνι προστιθεὶς, ἵνα  
ὅ κύκλος γένηται σοι τετράγωνος, κἄν μέσῳ  
ἀγορά, φέρουσαι δ' ὧσιν εἰς αὐτὴν ὄδοι  
ὁρθαὶ πρὸς αὐτὸ τὸ μέσον, ὥσπερ δ' ἀστέρος  
αὐτοῦ κυκλοτεροῦς ὅντος ὁρθαὶ πανταχῇ  
ἀκτίνες ἀπολάμπωσιν. Π. ἀνθρώπος Θαλῆς<sup>46)</sup>.

Tandem unde profecti sumus reversi titulum *οἱ περὶ τοῦ πόλον συντάξαντες* ex usu vocis stoico de caeli scriptoribus intellegimus. Quam sententiam fortiter alterum par indicem adiuvat vel invictam potius reddit. Alterius (D) commonefecit Dielesius, cum Diodori stoici Alexandrini memoriam resuscitaret in 'Doxographis', ut

<sup>46)</sup> Super saxorum fastigio ac solitudine, medio fere in aere (v. 1217), Nephelococcigiam suam Aristophanes probe quiete feliciter victuris receptaculum locavit. ἐστι τις λόγος τὰν ἀρετὰν νατειν διαμβάτοις ἐπὶ πέτραις Simonides fr. 58 B, ὁρέων ἐπεμαλετο, τοὺς δ' ἄρα λαὸν εἰς αὐτὴν ἐπὶ πάντας ἐλίμπαντες παπαλνοντας Virgo Aratea v. 127. Ergo simile illud fabulae Aristophaneae quasi elementum ante poetae tempora per Graecorum ora divulgatum fuisse cognoscitur. — Ceterum Simonidis corruptit orationem Bergkius, qui post λόγος inseruit ποτὲ contiguorum verborum depravatione seductus (Clem. 'Strom.' IV p. 585 P.): νῦν δέ μν θεῶν (θοάρ: corr. Bergkius) χορον (Wilamowitzius: χωρον codices) ἀγνὸν ἀμφέπειν· οὐδὲ πάντων βλεφάροις θνατῶν ἔσοντος, φέ μη δακέθμος ἴδρως ἐνδόθεν μόλις ἵχη τ' ἐς ἀχον ἀνθρετας. Sensit Grafius 'Stud. Lips.' VIII p. 49 in ultimis Hesiodi imitationem 'Opp.' v. 291 et recte Simonidi dixit Virtutem in montibus etiamtunc habitare. Itaque tentamus πέτραιος' οὐδέ μν ε πέτραις νῦν δέ μν. Negavit λόγος Simonidens, partim ille faciens cum Hesiodo partim discrepans, Virtutem inter homines habitare aut in caelo: in montibus versari. — Breviter monemus in transcursu, de avium natura et vivendi ratione ante Aristophanem egisse Diogenem Apolloniatam (τοὺς δὲ ὄφνιθας ἀναντεῖν μὲν καθαρόν, φύσιν δὲ ὄμολον ἔχειν τοῖς ιχθύσι κτλ.). Cf. Chr. Petersen 'Hippocratis nomine quae circumferuntur scripta ad temp. rat. disp.' I p. 33 [Hamb. 1839]). P. 136<sup>47)</sup>.

tamen tollere verborum depravationem nequiret. Exstat indiculus in Cramer's 'Anecdota Oxoniensia' III p. 413 ex scholiis in Basilius 'Περὶ γενέσεως' orationem Baroccianis (85 fol. 118) descriptus. Alterum (C) ex Achillis vita Aratea p. 55 Westermann iam pridem 'Herm'. XVI adsumpsimus p. 386. Catalogos componimus.

## C

ἐπιτετενυμένως δ' αὐτῷ (Arato)  
ἴγραφη τὰ Φαινόμενα, ὡς παρεν-  
δοκιμηθῆναι πάντας ὑπ' Ἀρά-  
του. καὶ γὰρ Εῦδοξος ὁ Κυ-  
5 διος ἔγραψε Φαινόμενα καὶ  
Λάσος ὁ Μάγνης (οὐχὶ ὁ Ἐρ-  
μιονεύς, ἀλλ' ὁ μάρτυρος ἄλλος  
Λάσω τῷ Ἐρμιονεῖ), καὶ Ἐρμιπ-  
πος καὶ Ἡγησιάνας καὶ Ἀριστο-  
10 φάνης ὁ Βυζάντιος καὶ ἄλλοι  
πολλοί, ὃν καὶ Πτολεμαῖος μέ-  
μνηται ὁ βασιλεὺς Ἰδιοφνέσιν  
οὗτως· «πάντ' Ἡγησιάνας καὶ  
Ἐρμιππος *(τὰ)* κατ' αἰθρῷν  
15 τείρεα καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαι-  
νόμενα βίβλοις ἔγρατέ θεντο» κτλ.

12 titulum iniuria in suspicionem vo-  
cavit Robertus 'Catast'. p. 221<sup>2</sup>.

Duo concludimus, (1) *Φαινόμενα* et *Πόλον σύνταξιν* esse de eodem  
argumento accipienda, (2) efferendi Arati gratia olim in certam  
quandam Arati vitam indicis exemplum fragmentis C et D commun-  
inductum fuisse. Hoc assecuti etiam secundae apud Westermannum  
vitae Arateae (p. 57) catalogum E, quamquam una Hipparchi  
mentione similitudo continetur, ad eundem biographum revocare  
non haesitamus<sup>49</sup>). Animadvertis enim et in rationem ducas non

<sup>49</sup>) Vitarum Arati scriptores iam Naekius ('Opusc.' I p. 13<sup>11</sup>) cum indice  
AA\* comparavit, ut tamen prorsus de eclogae utilitate aberraret ac iure a  
Meinekio 'Anal. Alex.' p. 241 sqq. castigaretur. Novit indicem (ex eodem quo  
ceteri vitarum scriptores fonte) etiam Theo mathematicus, cuius tertiam vitam  
esse apud Westermannum ex codice Ambrosiano demonstravimus 'Anal. Erat.'

οἱ περὶ Εὔδοξον καὶ Ἰππαρχον  
καὶ Λιόδωρον τὸν Ἀλεξανδρέα  
μαθηματικοὶ πόλον σύνταξιν  
ἔπραγματεύσαντο καὶ Λάσος  
(οὐχ ὁ Ἐρμιονεύς, ἀλλ' ἐπερος)  
καὶ Ἐρατοσθένης ὁ γραμματικὸς  
καὶ Μέτων ὁ γεωμέτρης.

1 εὐδέξιον codex: corr Cramer ||  
3 πόλον σύνταξιν ex artis pseudoeu-  
doxeae acrosticho (supra p. 124) cor-  
rexi: ἐπλεύσαντο οἷον codex || 4 καὶ  
Λάσος corr Cramer: ἵξελαος codex ||  
5 οὐδὲ codex.

minus quattuor nomina in A\* reperiri stellulis a nobis notata:

E: πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι Φαινόμενα ἔγραψαν καὶ Κλεόστροτος \* καὶ Σπίνθης \* καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος \* καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αυκαῖτης καὶ Ἀραπέων καὶ Ἀρτιμίδωρος καὶ Ἰππαρχος καὶ ἄλλοι πολλοί. ἀλλ' ὅμως πάντων λαμπρότερον Ἀρατος ἔγραψεν.

1 δὲ vel oīr coni Westermann || 1, 2 κλεοπάτρης codices: corr Bergk et Meineke, Λᾶσος ὁ Μέγγης male coni Nanck 'Aristoph.' p. 233 || 2 ὁ pro καὶ male coni M. Schmidt.

p. 38. Commemorato enim Callimachi epigrammate haec scripsit Theo: πολλοὶ δὲ μετ' αὐτὸν ἐγένοτο Φαινόμενα γράψαντες καὶ οὐδεμιᾶς ἀξιούνται φροντίδος.

Genuinus fere eorum 'qui de caelo scripserunt' lateculus, certe plenior etsi vix totus etiamnunc, ex AA\*BCDE fragmentis hic recuperatur (vide p. 141 et 142).

CDE ex vita Arati saeculo p. Chr. tertio (quo fuit Achilles) anteriore provenisse ut manifestum, ita cave in exemplorum AA\*B archetypum id transferas, quamvis AA\* 'Isagogae Arateae' falso Eratostheni vel Hipparcho tributae adhaereat et posuerint ita etiam Victorius in Hipparchi et Achillis editione Florentina et Petavius in 'Uranologio' Parisino. Nihil enim huic dandum ordini esse ostendit index B post Phaenomena Gemini conlocatus: quem eundem ordinem in proedosi operis 'De doctrina temporum' volumini tertio inserta idem adsumpsit Petavius. Sic effectum est, ut errati cuiusdam Zelleriani, quod alios in communionem traxit, origo ac fons intellegatur 'scholium Geminianum' illum indicem dicentis ('Philos. graec.' III 1<sup>o</sup> p. 46'). Momentum vero scriptorum de fastis catalogus facit in codice Vaticano statim post B adiunetus, quem 'Herm.' XVI p. 389 nos primi promulgavimus, additis anni computationibus excellens:

#### KΑΝΟΝΟΓΡΑΦΟΙ.

τξέ̄ ςι' ε̄ Εἰκτίμων Φίλιππος Ἀπολλήναρχος. τξέ̄ δι' δ̄ Ἀρισταρχος Σάμιος. τξέ̄ δε̄ ζ̄ Βαζηλώνιος. τξέ̄ δγ̄ ε̄ Σωθίων. τξέ̄ δρ̄ σ' . . .

1 supplevi || 2 aut ρ̄ enotavi || 2 Σάμιος scripsi: οαβίνος codex || 3 numerus (ut praecedentes) corruptus, exitus mutilus.

## ΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΛΟΥ (sive ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ) ΣΥΝΤΑΞΑΝΤΕΣ.

A		B		C		ARATI BIOGRAPHUS		E
						D		
1	Ἀτταλος ῥύδιος	9	Ἀτταλος					
2	Ἄρεσταρχος Σαμος	13	Ἄρεσταρχος					
3	Ἀπολλωνιος γεωμέτρης	17	Ἀπολλωνιος					
4	Ἀρτέγονος γραμματικος	21	Ἀρτέγονος					
5	Ἀηγδιάναξ	15	Ἀηγδιάναξ					
6	, Αριστενίλλος δέο γεωμέτραι	5	Ἀριστενίλλος					
7								
8	Βόηθος	25	Βόηθος					
9	Ιευτρως	2	Γειτνος					
10	Διόδοτος	6	Διόδοτος					
		10	Διδυνος					
11	Διδυνος Κινδιος	22	Ἐρατοσθένης					
12	Ἐρατοσθένης							
13	Ἐρμηνευς	3	Ἐρμηνευς					
14	Ἐταινετος	3	Ἐταινετος					
15	Ζήνων							
16	Ἡλιόδωρος στωικος							
17	Θαλῆς	23	Θαλῆς					
18	Ὑππαρχος Βιθυνος	27	Ὑππαρχος					
19	Κοισης	4	Κοισης					
20	Πέρρος Μάγης	12	Πέρρος					
21	Παφενίσκος γραμματικός	16	Παφενίσκος					
22	Σινιθης	20	Σινιθης					
23	Τηνόθεος (= 23).	24	Τηνόθεος					

## ARATEA

		ARATI BIOGRAPHIUS		
A	B	C	D	E
1 Απολλώνος γραμματικός				
2 Αρεστέλλος μέγας				
3 Αριστερίλλος μηδεὶς				
4 Αριστράχος γραμματεὺς				
5 Αριστοφάνης				
6 Αλέξανδρος Αιτωλός				
7 Αλέξανδρος Ερέτος				
8 Διδύμος πονηρός				
9 Ειδίνερος ἔτερος				
10 Ἐρέμετπος περιπατηταῖς				
11 Καλλίκρατος Κυρηνεῖος				
12 Κλεόστρατος Τενέδος				
13 Νομαρχίους γραμματικός				
14 Ηεραπειδής (= 14).				
1 Απολιόδωρος				
14 Διόδωρος				
18 Εἰδίνερος				
8 Ζηρύδοτος				
11 Ζηρύδωρος				
19 Θεόδωρος				
7 Μηρόδωρος (= 27).				
1 Εβδοζός Κυδίδος	1 Εβδοζός			
2 Λαῖδος ὁ Μάρης	4 Λαῖδος			
(= 5).	6 Μέρων ὁ γεω-			
	μέτρον (= 6),			
	5 Αριστοχέτων			
	6 Αλεξανδρίδωρος (= 7).			

EUCTEMO et PHILIPPUS, saeculi quarti astronomi et fastorum correctores, non modo inter praecipuos vetusti parapegmatis Geminiani (Blass. p. 7)<sup>50</sup>) et Ptolemaei 'Apparentiarum' auctores habentur (Wachsmuth. 'Lydus De ostentis' p. LI. 173), sed accuratius de illis haec idem exposuit Geminus p. 37 D Pet.: γίνεται οὖν ὁ ἐνιαυτὸς καὶ ἀντοὺς (Euctemonem, Philippum, Callippum) ἡμερῶν τξε' καὶ εἴ ἔννεακαιδεχάτων. APOLLINARIUS et Arati scholiis innotuit<sup>51</sup>) et ab Achille appellatur<sup>52</sup>). BABYLONIUS, qui nomine caret, cum proximo canonographo vix sociandus (fuerunt multi per illa saecula astrologi Babylonii), sociandus vero fortasse SODINON cum 'Sudine', cuius mentionem iniecit XVI p. 739 Strabo: ἔστι δὲ καὶ τῶν Χαλδαίων τῶν ἀστρονομικῶν γένη πλείω . . . μέμνηται δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐντὸν οἱ μαθηματικοί, καθάπερ Κιδηγᾶ τε καὶ Ναρθοντιανοῦ καὶ Σονδίνου. Sudines iste Pergami apud Attalum I vates erat publicus<sup>53</sup>).

Enumeratis CANONOGRAPHIS duae in codice subsequuntur notulae de zonarum numero et de terrae apud Aratum magnitudine 'Herm'. XVI p. 389 adn. editae a nobis, deinde hoc excerptum:

ὅτι οὔτε κοιλὴ ἡ γῆ, ὡς Δημόκριτος, οὔτε πλατεῖα, ὡς Ἀναξαγόρας, ἀλλ, ὡς εἰρηταὶ, σφαιροειδής. — τὸ δὲ μέγεθος (μέρος codex) τῆς γῆς, ὡς Ἐρατοσθένης, σταδίων μυριάδων κε' καὶ β'.

<sup>50</sup>) Demonstravit Boeckhius 'Ueber die vierjährigen Sonnenkreise' p. 25 ante Hipparchum et Dositheum exeunte saeculo a. Chr. III illud compositum esse calendarium: ergo cur ipsi Hipparcho adsignaverit Th. Mommsenus ('Chron. rom.'<sup>2</sup> p. 57<sup>78</sup>) ignoramus. Citantur his fastis: Meto Euctemo Democritus Eudoxus Callippus Dositheus. De Ptolemaei 'Apparentiis' vide infra. Recurrunt in papyro artis Pseudoeudoxae saeculo a. Chr. altero ineunte confectae Euctemo Democritus Eudoxus Callippus. Similem Pliniani parapegmatis ('N. H.' XVIII 312) ex Varrone hausti laterculum tractavit Boehme 'De Theophrasteis quae feruntur Περὶ σημείων excerptis' Halis 1884 p. 71 et alia nonnulla ex deserto hoc litterarum campo petita explicavit haud inutiliter. Quamquam de opusculo illo 'Theophrasteo' ita argumentatur, ut in summa rei graviter dissentendum videatur. Cf. caput ultimum.

<sup>51</sup>) Schol. ad v. 1051 et 1068 ex Diosemiarum commentario. Diels 'Doxogr.' p. 18.

<sup>52</sup>) P. 139 D ἐπραγματεύσαντο δὲ πολλοὶ περὶ ἐκλείψεως ἥλιον κατὰ ἐπτὰ κλίματα, ὥσπερ Ζεφέων ὁ Ἀπολλυνάριος Πτολεμαῖος 'Ιππαρχος. Diels 'Dox.' p. 18 similes catalogos de suo addidisse Achillem censem, velut p. 136 A.

<sup>53</sup>) Oder in Susemihlii 'Hist. litt. alex.' I p. 861 sq.

Ubi de globosa terrae forma dictum sit, celat codex: nibilo secius constare rem largieris, dummodo haec tecum pensitaveris. Sub finem vitae secundae Arateae absolute astronomorum indiculo, quem tractavimus p. 140, in universum nonnulla de Arati cosmographia adnexa sunt, quae in duas de figura et ambitu terrae observationes, ut factum in istis notulis videmus, terminantur:

*λέγει δὲ καὶ τὴν γῆν σφαιροειδῶς σημείον τάξιν ἐπέχειν πρὸς ὅλον τὸν κόσμον ἀκίνητόν τε ὑπάρχειν, οὐσαν σταδίου μητράδων κέ' καὶ β' (judice Eratosthenē).*

Tenemus igitur ex integriore vitae Arateae exemplo excerpta ista in codicem Vaticanum esse perlata<sup>54)</sup>.

Quorsum haec? Latereculi meminimus GEOGRAPHORUM, qui iuxta tabellam modo propositam non absone reponitur, duobus locis traditi:<sup>55)</sup>

AGATHEMERUS 'Geogr. gr. min.'

II p. 471.

SCHOL. IN DIONYS. PERIEG.

'Geogr. gr. min.' II 428.  
τίνεις πρότερον ἐν τίτανι τὴν  
οἰκουμένην ἔγραψαν;  
πρώτος Ἀναξίμανδρος,

*Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκού-  
στης Θάλεω, πρώτος ἐπόλιτης  
τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι-  
μεν' ὃν Ἐκαταίος ὁ Μιλήσιος,  
5 ἀνὴρ πολυτελανής, διηκριθεὶσεν  
ῶστε θαυμασθῆγει τὸ πρᾶγμα.  
Ἐλλάνικος γὰρ ὁ Λέσβιος, ἀνὴρ  
πολύτιστῳ, ἀπλάσιως παρέδωκε  
τὴν ἴστοριαν.*

10 εἶτα Δαμάστης ὁ Σιγειεὺς τὰ

δεύτερος Μιλήσιος Ἐκαταίος,

10 κητεύεις: corr Creuzer.

I sqq. legit haec item in scholiorum  
fronre Eustathius II p. 84 Bernh.

<sup>54)</sup> Ceterum codex quoque Baroccianus, e cuius fol. 118 (supra p. 139) Cramerus edidit D, fol. 122 de immobilitate terrae 'A. O.' III p. 413 haec habet: *τὴν γῆν ἀκίνητον ἔφη Ηφειδης ὁ Ἐλεάτης (καὶ) Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος.* Sequuntur Platonis Aristotelis Stoicorum Stratonis τοῦ φυσικοῦ praecepta. Possunt etiam haec ex vita (et isagoga) Aratea provenisse ut excerpta in E.

<sup>55)</sup> Ex Artemidoro Ephesio haec hausta censet Muellenhoffius 'Deutsche Altertumskunde' I<sup>o</sup> p. 254. De re cf. Max C. P. Schmidt 'Zur Geschichte der geographischen Litteratur der Griechen und Roemer' (Berolini 1887) p. 12 sq.

- πλεῖστα ἐκ τῶν Ἐκαταίου μετα-  
γράψας περιπλονν ἔγραψεν.  
ἔνης Αημόκριτος καὶ Εῦδοξος  
καὶ ἄλλοι τινὲς γῆς περιόδους  
15 καὶ περιπλονς ἐπραγματεύσαντο.  
οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ τὴν οἰκου-  
μένην ἔγραφον στρογγύλην, μέσην  
δὲ κεῖσθαι τὴν Ἑλλάδα, καὶ ταύ-  
της Δελφούς τὸν ὁμφαλὸν γὰρ  
20 ἔχειν τῆς γῆς.  
πρῶτος δὲ Αημόκριτος, πολύ-  
πειρος ἀνήρ, συνειδεν, διτι προ-  
μήκης ἐστὶν ἡ γῆ, ἡμιόλιον τὸ  
μῆκος τοῦ πλάτους ἔχονσα (συνή-  
25 νεσε τούτῳ καὶ Δικαίαρχος ὁ  
περιπατητικός).  
Εῦδοξος δὲ τὸ μῆκος διπλοῦν  
τοῦ πλάτους.  
30 ὁ δὲ Ἐρατοσθένης πλεῖον τοῦ  
διπλοῦ·  
Κράτης δὲ ὡς ἡμικύκλιον.  
Ἴππαρχος δὲ τραπεζοειδῆ·  
ἄλλοι οὐροειδῆ.  
35 Ποσειδώνιος δὲ ὁ στωικὸς σφεν-  
δονοειδῆ καὶ μεσόπλατον ἀπὸ  
νότου εἰς βορρᾶν, στενὴν δὲ πρὸς  
ἔω καὶ δύσιν, τὰ πρὸς ευρον δ'  
ὅμως πλατυτέραν τὰ πρὸς τὴν  
Ἰνδικήν.
- 38 πλατύτερα: corr C. Müllerus.
- τρίτος Αημόκριτος, Θαλοῦ (?) 15  
μαθητής, τέταρτος Εῦδοξος.  
οὗτοι μὲν στρογγυλοειδῆ ἔγρα-  
ψαν, 20
- 25 Αημόκριτος προμήκη,
- 30 Κράτης ἡμικύκλιον,  
Ἴππαρχος τραπεζοειδῆ,  
ἄλλοι δὲ οὐροειδῆ. 35
- 19 οἱ post οὐτοι delevi || 34 suppl  
Bernhardy 'Dionys. Perieg.' I p. 977 ||  
35 εὐφοειδῆ: corr C. Müllerus conlatto  
Strabone p. 112.
- Conlocatur scholiorum index post vitam Dionysii, ut vel inde  
quaedam cum 'Caeli' vel 'Phaenomenorum' scriptoribus necessitudo  
aperiatur.
- Ecce novum exemplum! Tertullianus 'De anima' c. 46 (I p. 376  
Reiff.) revelantur inquit et honores et ingenia per quietem, prae-  
stantur et medelae, produntur et furta, conferuntur et thesauri.  
Exemplis enumeratis pergit: Quanti autem commentatores et  
Philolog. Untersuchungen XII. 10

*affirmatores in hanc rem! Artemon Antiphon Straton Philochorus Epicharmus Serapion Cratippus [et] Dionysius Rhodius Hermippus, tota saeculi litteratura! Solum, si forte, ridebo, qui se existimavit persuasurum, quod prior omnibus Saturnus somniarit; nisi si et prior omnibus vixit Aristoteles. Ignosce ridenti. Ceterum Epicharmus etiam summum apicem inter divinationes somniis extulit cum Philochoro Athenensi. Nam et oraculis hoc genus stipatus est orbis, ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonii in Boeotia, Mopsi in Cilicia, Hermionae in Macedonia, Pasiphaei in Laconica. Cetera cum suis et originibus et ritibus et relatoribus, cum omni deinceps historia somniorum HERMIPPUS Berytensis quinione voluminum satiatissime exhibebit. Incognitum hoc Berytii iacet scriptum baud contemnen- dum, postquam operarum errato in C. Muelleri FHG III p. 35\* 'Philo' pro 'Hermippus' impressum est<sup>50</sup>). Minutatim omnia non praestamus, verum pleraque Tertullianum Hermippo, saeculi p. Chr. alterius scriptori, accepta referre perspicuum est.*

Eiusmodi laterculos ex inferioris aetatis scriptoribus protraxit D. Volkmaunus ('Symbola philol. Bonn.' II p. 719 sqq.). Halieutici: Ath. I 13 B (vol. I p. 28 Kaib.) οὗτω καὶ ταύτην τὴν τέχνην ἀστι- βοὶ μᾶλλον τὸν ταύτα προηγουμένως ἐκδεδωκότιον ποίηματα ἡ συγγράμματα, Καίκαλον (?) ἱέγω τὸν Ἀργείον καὶ Νοεμήνον τὸν Ἡρακλεώτην, Παγκράτην τὸν Ἀρκάδα, Ποσειδώνιον τὸν Κορίνθιον καὶ τὸν ὄλγῳ πρὸ ἡμῶν γενόμενον Ὀππιανὸν τὸν Κίλικα. τοσού- τοις γὰρ ἐνετύχομεν ἐποποιοῖς Ἀλιευτικὰ γεγραφόσιν. καταλο- γάδην δὲ τοῖς Σελείκον τὸν Ταρσέως καὶ Αεωνίδον τὸν Βιζαντίον (καὶ Ἀγαθοκλέους τὸν Ἀιραξίον). Symposiaci: Ath. I 5 A ὅτι

<sup>50</sup>) Artemidorus 'Onirocriticorum' 1 p. 2 Hercher. (αχεδὼν γὰρ οἱ μικρὸν ἡμῶν πρεσβύτεροι δόξαι συγγραφικὴν ἀπεργκασθαντα βούλομενοι καὶ διὰ τούτους ἡγούμενοι ἔιδοξοι ἔστοθαι, εἰ συγγράμματα καταλλοιν ὀντεροκριτικά, ἀντίγραφα ἀλλήλων πεποίηνται ἡ τὰ καλῶς εἰρημένη ἐπὸ τῶν παλαιῶν κακῶς ἐξηγησάμενοι ἡ καὶ ὄλγοις τῶν παλαιῶν πολλὰ προσθίντες οὐδὲ ἀληθῆ. οὐ γὰρ ἐπὸ πείρας ἀλλ' αὐτοσχεδιάζοντες, ὅπως ἐπαστος αὐτῶν ἐκνείστο περὶ τίνος, οὗτος ἔγραψον, καὶ οἱ μὲν πάσιν ἐντυχόντες τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις, οἱ δὲ οὐ πάσιν· ἕνα γὰρ αὐτοὺς δι' ἀρχαιότητα σπάνια ὄντα καὶ διεφθαρ- μένα διέλαθεν) comprehendere — praeter Alexandri Myndii 'Onirocritica' (Oder 'Mus. rhen.' 1890 p. 637 sq. Wellmann 'Herm.' 1891 p. 554) alios — Hermippum Berytium paullo antiquiore videtur.

δειπνων ἀναγραφὰς πεποιηγται ἄλλοι τε καὶ Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος δι' ἐπῶν ἐν ἔνδεικα βιβλίοις ἡ καὶ πλεοσι καὶ Νουμήνιος ὁ Ἡρακλεώτης, ὁ Διεύχοντος τοῦ ἴατροῦ μαθητής, καὶ Μαρέας ὁ Πιταναῖος ὁ παροδός, καὶ Ἡγῆμων ὁ Θάσιος, ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, ὃν τῇ ἀρχαὶ κωμῳδίᾳ τινὲς ἐντάττουσιν. De hetaeris scriptores: Ath. XIII 567 A σὺ δέ, ὡς σοφιστά, ἐν τοῖς καπηλεοις συναναφύῃ . . . περιφέρων ἀεὶ τοιαντὶ βιβλίᾳ Ἀριστοφάνους καὶ Ἀπολλοδόρου καὶ Ἀμμωνίου καὶ Ἀντιφάνους, ἔτι δὲ Γοργίου τοῦ Ἀθηναῖον, πάντων τούτων συγγραφότων ‘Περὶ τῶν Ἀθήνησι ἑταιρίδων’. Phlyacographos Hesychius in Sotadis vitam intulit hoc ordine (Suid. s. v.): Alexandrum Aetolum, Pyrrhum Milesium, Theodoram, Timocharidam, Xenarchum<sup>56)</sup>; Strabo XIV p. 648 Sotadem, Alexandrum Aetolum, Lysin, Simum consociavit. Recte haec omnia iudicavit Volkmannus et ad tabulas litterarias reduxit, quales inde a Callimachi πίναξι exstabant procedente tempore magis magisque amplificatae: velut Ath. XIV 643 E οἶδα δὲ καὶ Καλλίμαχον ἐν τῷ τῶν ‘Παντοδαπῶν συγγραμμάτιον’ πίνακι ἀναγράψαντα πλακοντοποικὰ συγγράμματα Αἰγιμίου καὶ Ἡγησίππου καὶ Μητροφίου, ἔτι δὲ Φαίτον et VI 244 A τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν ‘Παντοδαπῶν’ πίνακι οὗτως· «δεῖπνα ὅσοι ἔχραψαν· Χαιρεφῶν Κυροβίων». Ambigere per se possis, utrum oī ‘Περὶ τοῦ πόλον’ συντάξαντες ex bibliothecae catalogo an ex indice a scriptore aliquo compilato originem traxerint: at duplex laterculi exemplum perpendas consulto. Nam produci queunt nunc demum persimilia. Rei culinariae compositores Athenaeus XII p. 516 C ita recensuit:

πρῶτοι δὲ Λυδοὶ καὶ τὴν καρύκην ἔξενδρον, περὶ ἣς τῆς σκεναστας οἱ τὰ Ὁψαρτντικὰ συνθέντες εἰρήκασιν, Γλαῦκός τε ὁ Λοκρὸς καὶ [Μίθαινος καὶ] Διονύσιος Ἡρακλεῖδαι τε διό γένος Συρακούσιοι καὶ Ἄγις καὶ Ἐπανετος [καὶ Διονύσιος, ἔτι δὲ Ἡγησιππος] καὶ Ἐρασίστρατος καὶ Εὐθύδημος καὶ Κρίτων, πρὸς τοῖς δὲ Στέφανος Ἀρχύτας Ἀκέστιος Ἀκεστας Διοκλῆς Φιλιστίων. τοσούτοις γὰρ οἶδα γράψαντας Ὁψαρτντικά.

Ordinem si spectas quo trium indiculorum nomina sese excipient,

<sup>56)</sup> Meineke ‘Anal. alex.’ p. 244 sqq.

non iam integra videbis omnia servata esse, quamquam non dubium est quin ad litteras singulae columnae olim dispositae fuerint. Demptis enim nominibus Mithaeci Dionysii Hegesippi vel transpositis genuinas albi series recuperaveris auctore Volkmanno.

Clemens Alexandrinus postquam 'Strom.' I e. 16 p. 364 P. inventionum copiam ad ordinem litterarum coactam sed pluriens intrusis alienis turbatam concessit, ex enchiridio aliquo hos heurematographos adiciendos putavit (Kremmer 'De catalogis heurematum', Lipsiae 1890, p. 20):

- 1) Σλάμων μὲν οὐν ὁ Μιτιληγαῖος καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος Κύδιππός τε ὁ Μαρτινέης,
- 2) ἔτι τε Ἀντιφάνης καὶ Ἀριστόδημος καὶ Ἀριστοτέλης,
- 3) πρὸς τούτους δὲ Φιλοστέφανος,
- 4) ἀλλὰ καὶ Στράτων ὁ περιπατητικὸς ἐν τοῖς 'Περὶ εὐημάτων' ταῦτα ἴσταρησαν.

Scriptores 'De Homeri vita ac poesi' e Tatiani addimus 'Ad Graecos' oratione c. 31 p. 32 Schw.: περὶ γὰρ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως γένους τε αὐτοῦ καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἡμαστεν, προηρεύνησαν  
 1) οἱ πρεσβύτατοι Θεαγένης τε ὁ Ρηγίος κατὰ Καμψόσην γεγονὼς καὶ Στησίμβροτος ὁ Θάσιος καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος Ἡρόδοτός τε ὁ Ἀλικαρνασσεὺς καὶ Διονίσιος ὁ Ὁλίνθιος,  
 2) μετὰ δὲ ἐκείνους Ἐφορος ὁ Κυμαῖος καὶ Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος Μεγακλείδης τε καὶ Χαμαίλεων οἱ περιπατητικοί,  
 3) ἐπειτα γραμματικοὶ Ζηρόδοτος Ἀριστοφάνης Καλλίμαχος Κράτης Ἐρατοσθένης Ἀριστοταχος Ἀπολλόδωρος. Subsequuntur tripartitam seriem ad tempora ordinatam Cratetis Eratosthenis Aristarchi Philochori Apollodori aliorum, qui diserte non nominantur, de Homeri tempore opinione recensae. Gemellum hoc quoque exemplum duplici τῶν 'Περὶ τοῦ πόλου' συνταξάντων laterculo, alter ut adaugeatur altero, comprehensum. De bibliothecae vero catalogo cur cogitemus, causa nulla<sup>57)</sup>). Erunt fortasse qui conten-

<sup>57)</sup> Librorum Theophrasteorum indicem Laertianum non minus quattuor partibus constare inter se dirimendis Usenerus ostendit: quarum duae priores ad litteras ordinatae sunt, ut tamen prinae tantummodo litterae habeatur ratio, tertiae ordo nullus sit, quarta denique in universum litterarum legem sectetur singillatim discordans ('Anal. Theophr.' p. 13). Nihilominus patet discrimen. Nam τῶν 'Περὶ τοῦ πόλου' συνταξάντων indiculis viri litterati consociantur, quot sive peculiari opere sive non peculiari de caelo egerint. Quod consilium a bibliothecarii libros in tabulas referentibus plane alienum.

dant: quod quibus argumentis demonstraturi sint opperimur curiosi.

Novum sed longius iter insistendum. Personas indice ad ordinem litterarum commemoratas percensebimus.

1. ALEXANDER AETOLUS, qui cum Arato Pellae apud Antigonus versabatur, περὶ τὸν πόλον εγίσse solummodo A\* indiculo — non vita quoqne Arati altera, quemadmodum dixit Meinekius in ‘Analectis Alexandrinis’ p. 241 — perhibetur. Rectissime vero Naekium idem falli pronuntiavit Meinekius, quod Alexandri ingenium poeticum a tali argumento alienissimum fuisse eumque ‘Phaenomena’ scripsisse se crediturum adfirmavit nunquam ‘Opusc. phil.’ I p. 13<sup>11</sup>. Diserte enim Sextus Empiricus ‘Adversus mathem’. VIII p. 331 Bekk. τὸ δὲ σημεῖον ὡς σημεῖον μετὰ πολλῶν, ὡς φασι, μόχθων διδάσκεται, οἶον τὸ κατὰ κυβερνητικήν, ὅτι ἀνέμων ἐστὶ δηλωτικὸν καὶ χειμώνων καὶ (ἢ codd.) εὐδίας. ὠσαύτως δὲ καὶ παρὰ τοῖς τὰ οὐράνια πραγματεύσαμένοις, καθάπερ Ἀράτῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ. Cuius ex verbis conicias reapse Alexandri ‘Phaenomena’ Arateis haud fuisse dissimilia. Versus viginti quattuor ex Aetoli carmine Theo Smyrnaeus adfert de stellarum errantium ordine p. 138—141 Hiller., Ephesio adsignat Pseudo-heraclitus ‘Alleg.’ c. 12 Mehler. Fuit cum docti cederent Naekio haec Ephesii esse frustula mordicus tenenti (Meineke p. 244. 372; Hiller ‘Mus. rhen.’ XXVI p. 586). Argumenta Naekii neutiquam sufficiunt. Ergo ἐπέχομεν.

2. ALEXANDER EPHESIUS, ‘Lychnus’ cognominatus, Strabonis tempore poema condidit de caelo: Strab. XIV p. 642 (inter claros ‘Ephesios est’) Ἀλέξανδρος φήτωρ, ὁ Λύχνος προσαγορευθείς, ὃς καὶ ἐποιεύσατο καὶ συνέγραψεν ἴστορίαν καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τὰ τε οὐράνια διατίθεται καὶ τὰς ἡπείρους γεωγραφεῖ, καθ’ ἐκάστην ἐκδοὺς ποτῆμα. Neglegentem hominem et non bonum poetam Cicero dicit in ‘Epistulis ad Atticum’ II 22. De titulo conveniri nequit. Meinekius p. 372 ex vita Arati altera p. 57 W. Φαινόμενα suspicatur carmini astronomico inscriptum fuisse. Quin alium aliquem?

3. ALEXANDER LYCAITA, si recte appellatur, ab oppido vel vico nobis ignoto Lycaeia nomen traxit<sup>12</sup>). Homo obrutus oblivionis

<sup>11</sup>) Cf. Strab. XIV p. 674 (Athenodorus Tarsensis) ὅν καὶ Κανανίτην φασιν ἀπὸ κάμης τινός.

tenebris, nec divinari potest utrum de carmine an prosae orationis opere astronomico agatur. Verbo monemus in Hygini 'Astrologia' XXI p. 63 Bunte qui de Hyadum catasterismo dixit Alexandrum omni cognomine destitutum posse esse et Aetolum et Ephesium et Lycaitam. Quodsi Meinekius et Robertus p. 224 ultimum in bac re praetergrediuntur, mero illud fecerunt errore.

4. ANACREONTEM a Teio poeta discernendum esse Meinekius exposuit in 'Analectis' p. 243: 'mihi quoque' — ut Naekio p. 13<sup>11</sup> — 'semper mirabile visum est, inter Phaenomenon scriptores recenseri hominem a caelestium rerum contemplatione alienissimum, et eo quidem loco, ubi minime exspectabas, h. e. medium inter Alexandrum Lycaitam et Artemidorum'. At locus iste vix primarius ac genuinus (cf. tabellam p. 142). Nisi omnia fallunt, eundem Hyginus II 6 de Lyra iuxta Ingeniculum locata versu elegiaco narrantem adlegavit. Accedit haud leve firmamentum, 'quod qua Teius Anacreo vixit aetate neque quod Engonasin vocabant astrum neque Thesei Lyra in caelestibus signis commemorari potuit, de quo acute disseruit O. Muellerus 'Prol. Myth.' p. 201'. Haec fere Meinekius. Alexandrini aevi poetam Anacreontem et ipsi existimamus.

5. ANTIGONUS GRAMMATICUS diiungendus ab A. poeta est, etsi consociare voluit Wilamowitzins ('Antigonus Carystius' p. 177 Add.). Theriacorum Nicandri interpres, Didymi aequalis, num hoc pertineat, ignoratur (cf. indicem O. Schneideri).

6. APOLLODORUS. Sunt qui in censem veniant tres: Apollodorus Babylonius, cuius compendium physicum (*Φυσικὴν τέχνην*) Aetius excerpit (Diels 'Doxographi' p. 400 et 664), Ap. stoeicus Atheniensis (Diels p. 664), denique Ap. grammaticus, enius nomine iam Strabonis tempore falso inscriptus liber metricus ferebatur '*Ἡερὶ γῆς*' sive '*Γῆς περὶοδος*' (XIV p. 677. Cf. Dielesii 'De Apollodori Chronicis' commentationem 'Mus. rhen.' 1876 p. 9 sqq.). Geographiae et astronomiae nexus qualem veteres censuerint, ab Hipparcho discas Strab. I p. 7 Casaub.

7. APOLLONIUS GEOMETRA Pergaeus (suadente Hauptio l. o.) s. III exeunte non modo scriptis mathematicis sed etiam opere 'De planetarum et motu et statione' confecto gloriam consecutus est. Ptolem. 'Magna Synt.' p. 312 Halma, Susemihl. I p. 756.

8. APOLLONIUS GRAMMATICUS vix Rhodius fuerit, etsi studiis

ille grammaticis haud minus incubuit quam poeticis. Scripsit 'Περὶ Ζηνόδοτον' fr. XI (ed. Michaelis, Halis 1875). Grammaticus erat etiam Ap. Archibii f., et grammaticus et rhetor Ap. Molo (Schrader 'Porph.' I p. 126).

9. ARISTARCHUS SAMIUS celeberrimus et astronomus et rerum caelestium scriptor. Reliquit ille 'Περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων ἡλίου καὶ σελήνης' libellum. Inter canonographos, i. e. calendariorum compositores, ab eclogae Vaticanae auctore relatus est (supra p. 140).

10. ARISTARCHUS GRAMMATICUS Alexandrinus, disciplinae grammaticae conditor clarissimus. Cf. caput IV fin.

11. ARISTOPHANES BYZANTIUS. 'Verba Ἀριστοφάνης ὁ Βυζαντιος (in C) non dubito quin corruptela laborent, quamquam quem substituam astronomum non habeo; cogitabam de Arati magistro quem tradit vita ed. Bekk. p. 48, 20: ἔνιοι δέ φασι τὸν Ἀρατον Μνασέον πατρὸς γεγονέναι, Ἀριστοφίδηρον δέ τινος μαθηματικοῦ διακοῦσαι: sed de patria huius viri mihi nihil constat' Nauckius in 'Aristophanis Byzantii fragmentis' p. 283. Egregie vir praeclarus erravit, quamvis Wachsmuthii tulit consensum 'Mus. rhen.' XX p. 456: cur quaeso librum 'De caelo' vel 'parte caeli' antiquitus probe traditum demamus Aristophani?<sup>59)</sup> Versibus argumentum illud complexum esse Aristophanem Susemihlius arbitratur suo periculo ('Historia litt. alex.' I p. 448). Tacent antiqui.

12. 13. ARISTYLLI DUO GEOMETRAE. Testes ceteri unum appellant Aristyllum saeculi a. Chr. III nobilem observato caelo astronomum: cf. Ptolem. 'Magn. Synt.' VII (II p. 2 Halma) Haupt 'Opusc.' I. c. 'Anal. Erat.' p. 14. Scripta pedestri sermone Plutarchus attingit 'De Pyth. or.' c. 18: οὐδὲ ἀστρολογίαν ἀδοξοτέραν ἐποίησαν οἱ περὶ Ἀρισταρχον (Samium) καὶ Τιμόχαριν καὶ Ἀριστυλλον καὶ Ἰππαρχον καταλογάδην γράφοντες. In A\* Ἀριστυλλος μέγας et Ἀριστυλλος μικρός adferuntur, ut eum, qui supplendi catalogi A gratia A\* composuit, semel credas defecisse a se ipso suaque ratione, quae nequaquam in explicando priore, sed, ut diximus identidem, in augendo consistit. Cf. tres ALEXANDROS.

<sup>59)</sup> Perversa M. Schmidtius molitus est in 'Philologo' IX p. 185 Ἀριστο . . . τοῦ Θηραίον in Vita II hallucinando. Intempestiva idem diligentia Aristophanis infimae aetatis astrologi admonuit 'Anth. Planud.' p. 133 commemorati. D. Volkmannus 'Symbol. phil.' II p. 721 Ἀριστόμαχον in indice novare frustra voluit pro Aristophane.

14. ARTEMIDORUS idem ac geographus saeculi a. Chr. II ex euntis Ephesius, amplissimus 'Geographicorum' (sive *Ἡερπιλον*) scriptor, unde permulta Strabo, nonnulla prompsit Pausanias, alii.

15. ATTALUS RHODIUS. Fuisse eum non modo mathematicum sed etiam grammaticum ac Rhodi docuisse in prooemio academico 'De Attali fragmentis Arateis' dictum est p. XIX. Arato adversus enarratores tuendo operam navabat obloquente Hipparcho. Num stoicus fuerit, obscurum etsi cogitabile.

16. BOETHIUS Sidonius, saeculi a. Chr. alterius Stoicus, Diogenis Babylonii discipulus<sup>60)</sup> pluribus voluminibus Arati Phaenomena commentatus est, quorum quartum loco propemodum oblitterato Geminus Rhodius p. 61 A commemoravit. Qui postquam ex siderum ortu et occasu capi posse tempestatum signa fidemque mereri parapegmatum genus vulgare auctorem suum secutus pernegavit, in hanc rationem disputatiunculam conclusit: ὥστε εἶναι φανερὸν ἐκ πάντων, ὅτι οὐδὲ οὐτος δὲ ἀστὴρ (Canicula) οὐτέ ἄλλος οὐδεὶς τηλικαίη τιὰ δύναμιν ἔχει, ὥστε μεταβολὰς περὶ τὸν ἀέρα κατασκευάζειν· ἀλλ᾽ ἔστι τὸ ἡγεμονικὸν αἴτιον περὶ τὸν ἥλιον. αἱ δὲ τούτων ἐπιτολαὶ καὶ δύσεις ἐπὶ τὴν ἐπιλύγωσιν τῶν περὶ τὸν ἀέρα μεταβολῶν παράκεινται· δι᾽ ἣν αἴτιαν οὐδὲ διὰ παντὸς συμφωνοῦσιν. ὅθεν βελτίσσιν ἄν τις σημείους χρήσαστο τοις ὑπὸ τῆς φύσεως ἡμῖν διδομένοις, οἷς καὶ Ἀρατος πέχορηται. τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν ἐπιτολῶν καὶ δύσεων τῶν ἀστρων γινομένας μεταβολὰς τοῦ ἀέρος φίδη εἶναι διεψευσμένας, τὰς δὲ φυσικῶς γινομένας καὶ μετά τινος αἴτιας κατεχώρισεν ἐν τῇ τὸν Φαινομένων πραγματείᾳ ἐπὶ πᾶσι τῆς ὅλης συντάξεως<sup>61)</sup>. λαμβάνει γὰρ τὰς προγνώσεις ἀπὸ τῆς τοῦ ἥλιου ἀνατολῆς καὶ δύσεως καὶ ἀπὸ τοῦ (τοῦ) τῆς σελήνης ἀνατολῶν καὶ δύσεων καὶ ἀπὸ τῆς ἀλλα τῆς γινομένης περὶ

<sup>60)</sup> Zeller III<sup>a</sup> 1 p. 45. Ubi scripserit latet, fortasse Tarsi. Dolendum, quod Schmekelius in libro perbono 'Philosophie der mittleren Stoa' p. 9sqq. Boethio locum suum concedere noluit. De divinatione Boethi breviter Wachsmuthius 'Stoiker über Mantik und Daemonen' p. 28 exposuit.

<sup>61)</sup> Patet Φαινόμενα fuisse totum Arati opus Gemini tempore inscriptum. Item Gemini Φαινόμενα caput περὶ ἐπισημασιῶν τῶν ἀστρων continent. Codices Arati superstites eandem totius libri sive inscriptionem sive subscriptionem exhibent: Parisinus A fol. 49b toto carmine absoluto τέλος τῷ Φαινομένων Ἀράτου (fol. 19a nihil nisi Ἀράτος). Similia Achillis verba c. 19 p. 138 D Pet (περὶ ἥλιον καὶ σελήνης πρὸς τῷ τέλει τῆς ποιήσεως εἶπεν) interpretando pervertit Grauertus 'Mus. rhen.' 1827 p. 343.

τὴν σελήνην καὶ ἀπὸ τῶν διεσσόντων ἀστέρων καὶ ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζῷων. αἱ γὰρ ἀπὸ τούτων προγνώσεις μετά τυνος φυσικῆς αἰτίας γινόμεναι κατηγακασμένα ἔχουσι τὰ ἀποτελέσματα. θέντεν καὶ Βόηθος ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῆς Ἀράτου ἐξηγήσεως φυσικὰς τὰς αἰτίας ἀποδέδωκε τῶν τε πνευμάτων καὶ ὅμβρων ἐκ τῶν προειρημένων εἰδῶν<sup>62)</sup>) τὰς προγνώσεις ἀποφαινόμενος· τούτοις δὲ τοῖς σημείοις καὶ Ἀριστοτέλης κέχορται ὁ φιλόσοφος καὶ Εὔδοξος καὶ ἔτεροι πλείονες τῶν ἀστρολόγων<sup>63)</sup>). Fecit Boethus Prognostica Arati enarrando, quod ipse suo exemplo Aratus commendaverat. Quae igitur de Arato ante Boethi mentionem iniciuntur, haec e Boethi mente dicta sunt inde a verbis τὰς δὲ φυσικῶς

<sup>62)</sup> Boethus quo consilio 'de fato' disputaverit, hinc quadamtenus de sumpseris. Reliquias illuc referendas frusta circumspeximus praeter ipsum Diogenem Laertium VII 74, ubi Cobetus definitionem Boethi a compilatore sermone dinoscere supersedit traxique in erroris communionem Gerckium in perutilli 'Chrysipporum' sylloga ('Suppl. ann. philol.' XIV a. 1885 p. 716). Quapropter verba Diogenis apponimus ut opus est distincta a Boethi oratione: καὶ τίμαρμένην δέ φασι τὰ πάντα γίνεσθαι Χρύσιππος ἐν τοῖς 'Περὶ τίμαρμάνης' καὶ Ποσειδώνιος ἐν δευτέρῳ 'Περὶ τίμαρμάνης' καὶ Ζήνων. Βόηθος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ 'Περὶ τίμαρμάνης', «εστὶ δὲ τίμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη (nota etymologiam) ἡ λόγος, καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται». καὶ μὴν καὶ μαντικὴν ἴφεστάναι πᾶσάν φασιν, εἰ καὶ πρόνοιαν τίναι κτλ. Latuit haec definitio Boethi eos, qui novissime Stoicorum 'fatum' tractaverunt. Si fides Laertio, duplēcēt Boethus definitionem proposuit (ex Chrysippo fr. 49 G., nī fallimur), ut fecit 'Plutarchus' 'De fato' III p. 466 Bernad.: πρώτον τοινυν τοῦτο, ὅτι τίμαρμένη διχῶς καὶ λέγεται καὶ νοεῖται. ἡ μὲν γάρ εστιν ἐντροπια, ἡ δὲ οὐσια. Laudatis deinde Platonis 'Phaedro' p. 245 C et 'Timaeo' p. 41 E pergit: εἰ δὲ κοινότερον ἔθελοι τις ταῦτα μεταλαζων ἴπογράψαι, ὡς μὲν ἐν Φαιδρῷ λέγοντι ἀνὴρ ἡ τίμαρμένη λόγος θεῖος ἀπαράβατος δι' αἰτίαν ἀντηπόδιστον. ὡς δὲ τῷ Τιμαρῷ νόμος ἀκόλουθος τῇ παντὸς φύσι, καθ' ὃν διεξάγεται τὰ γιγνόμενα. Loci Plutarchei particularam ultimam Gerckius adscripsit monistique p. 695 Chrysippream videri hanc 'Plutarchi' doctrinam. — Boethi reliquias ex Cicerone Aetio Diogene Laertio etc. nemodum composuit.

<sup>63)</sup> Quos omiserit, ex simili Vitruvii loco cognoscimus IX. 7 p. 232 Ruru: De naturalibus autem rebus Thales Milesius; Anaxagora; Clazomenius; Pythagoras Samius; Xenophanes Colophonius; Democritus; Abderites ratones; quibus eae res natura rerum gubernarentur, quemadmodum cumque effectu, habeant, excogitatas reliquerunt. Quorum inventa seculi siderum ortu; et occasu: tempestatiūque significatus Eudoxus Euclomon Callippus; Meto Philippus; Hipparchus Aratus ceterique ex astrologia parapezmatorum disciplini: in venerunt et eas posteris explicata: reliquerunt.

*γιτομένας et illi reddantur oportet<sup>64)</sup>*). Eidem porro consilio totum animadvertisimus de astrorum significationibus caput Geminianum succurrere, sucurrit elogium Arati prae nuda Aristotelis et Eudoxi memoria excellens, vix ut ambigas. Posidonius, quo uti ceteroquin assolet Geminus, cum ‘multum esset astrologiae deditus’ (Augustin. ‘De civ. dei’ V 2), aliter prorsus de omnigenus signorum vi divinatoria praecepit. Concordat de libri argumento alter testis (Vita Arati II p. 57 West.): *ζηλωτής δὲ ἐγέρετο τοῦ Ὄμηροι χαρακτῆρος κατὰ τὴν τῶν τεῶν σύνθεσιν. ἔποι δὲ αὐτὸν λέγοντον Ἡσιόδου μιμητὴν γεγονέναι καθάπερ γὰρ δὲ Ἡσιόδος Ἐργων καὶ Ἡμερῶν ἀρχόμενος τῶν ἔμινων ἀπὸ Αἰός ἥρξατο λέγων «Μοῦσαι, Πιεστίθεν ἀοιδῆσι κλειστοσιν», οὕτω καὶ Ἀρατος τῆς ποιήσεως ἀρχόμενος ἔφη «Ἐκ Ιώς ἀρχώμεσθα», τά τε περὶ τοῦ χρυσοῦ γένους ὁμοίως τῷ Ἡσιόδῳ. Βόηθος δὲ ὁ Σιδόνιος ἐν τῷ αὐτῷ περὶ αὐτοῦ φησιν οὐχ Ἡσιόδου, ἀλλὰ Ὄμηρον ζηλωτὴν γεγονέναι τὸ γὰρ πλάσμα τῆς ποιήσεως μεῖζον ἡ καθ’ Ἡσιόδον.* Quae exscripsimus, Boethi omnia sunt. Qui si non Hesiodi, quemadmodum Callimachus et alii voluerunt, sed Homeri imitatem Aratum mon-

<sup>64)</sup> Cave Gemini verba ἐπὶ πᾶσι τῆς ὅλης συντάξεως de voluminum Arateorum serie interpreteris, ut est schol. Eur. Or. v. 872 p. 185 Schwartz *Ἄεινας* ἐν τῷ θ' τῆς πρώτης συντάξεως, ἐκδόσεως δὲ δευτέρας. Zenonis et Chrysippi scripta in series distributa enumeravit Apollonius Tyrius (Laert. Diog. VII 7, 13; Wilamowitz ‘Philol. Unters.’ IV p. 106—111). Idem de Cleanthe monstravit Wachsmuthius ‘De Zenone Citio et Cleanthe Assio’ Gottingae 1874/5), qui tamen nonnulla intacta in quibus haereas reliquit. Velut Cleanthes p. XVI W. bis affertur ἐν τοῖς *Μυθικοῖς* et ἐν πέμπτῳ τῶν *Μυθικῶν*, hic de fabula Pythagorea (Porph. ‘Vita Pyth.’ p. 14, 5 Nauck), illic de Venere Abydene (Ath. XIII p. 572 E) locutus. At desideratur *Μυθικῶν* titulus in catalogo Laertiano, sed exstat quae quodammodo quadret *Περὶ θεῶν* inscriptio. Ipse Wachsmuthius Cleanthis de Venere Lesbia fragmentum non *Μυθικοῖς* sed libris *Περὶ θεῶν* suo arbitratu hanc male inseruit, cum discriminem certum (opinor) inter duo illa opera dispici non posse recte sentiret. Itaque *Μυθικά* ut *Λογικά* et *Ηεικά* scriptionum genera, quibus singula sublungerentur volumina, significabant. Ac patere huius rei videtur vestigium apud Laertium, cuius hic est eiusdem (ut putamus) seriei ordo: *Περὶ θεῶν*, *Περὶ γιγάντων*, *Περὶ Υμεταλον*. Plutarchus De Stoic. rep. p. 1034 F (= p. XVII W.) δὲ *Κλεάνθης* ἐν ‘Υπομνήμασι *Φυσικοῖς* εἰπών, ὅτι πληγὴ πυρὸς δὲ τόνος ἐστι στλ. ε *Φυσικῶν* syntaxi hausit, cuius praeterea erant συγγράμματα *Φυσικά*. Cf. E. Koepke in progr. Berol. Werder. 1842 p. 2 sq. Birt ‘Antikes Buchwesen’ p. 35. σύνταξις = μονόβιβλος: Pseudo-Scymnus v. 103, Hipparchus p. 172 DE (μυτερότερον δὲ ἕβδος δὲ τὴν αὐτὴν τῷ Ἀράτῳ περὶ τῶν φαινομένων σύνταξιν ἀναγέγραψεν), alii.

stratus erat, et ipse prius debebat proferre argumenta et prolata ab adversariis seu dijudicare aliqua ratione seu refellere. Sed hic diligentissimi viri et in litteris Arateis praeclari error, ne serpat altius, statim confutandus est. Breysigius in programmate Erfurtensi 1870 p. 28<sup>1</sup> Boethus inquit *haud scio an libris suis inscripscriit Bios Ἀράτον sive Γένος Ἀράτου.* Primo potius ἐξηγήσεως volumine poetae vitam, quarto Diosemias enarravit. Iam solemnis apud antiquos erat tripertita carminis Aratei, quod a prima parte 'Phaenomena' nuncupatum putabant, distributio, consueta Hipparcho, qui item libro primo περὶ τῶν ὑπὸ Ἀράτου καὶ Εὐδόξου καταγεγραμμένων ἐν τοῖς Φαινομένοις, libro altero περὶ συνανατολῆς καὶ συγκαταδύσεως τῶν ἀστρων disseruit ac bis alteram Aratei carminis partem citavit ἐν ταῖς 'Συνανατολαῖς' supra p. 75 et p. 171 Petavii (τὰ τε γὰρ φυσικὰ τῶν ἐπιζηθέντων ὑπὸ σοῦ καὶ τὰ περὶ τῶν παρὰ Ἀράτῳ λεγομένων ἐν ταῖς 'Συνανατολαῖς' ἵκαντέραν ἐνέφανέ μοι φιλοτεχνίαν), tradita in Vita secunda p. 56 W. proxime ante Boethi memoriam a nobis modo appositam: ἔστι δὲ τριχῶς Φαινομένων αὐτοῦ πραγματεία· Καταστέρωσις, καὶ Συνανατολαὶ καὶ Συγκαταδύσεις, καὶ Προγράψεις διὰ σημείων. Ubi ex Hipparcho emendavimus quod depravatum legitur συνανατελλόντων καὶ συνδυόντων<sup>62</sup>). Veras scripturas si exaraverat abbreviatas librarius, abire perfacile in perversa poterant. Igitur tripertito coniceres tribus posterioribus scriptioris Arateae voluminibus Boethum stoicum enarrasse Phaenomena<sup>63</sup>). Nec tamen fidimus nimium huic rationculae, quoniam quot omnino libros de Arato Boethus composuerit dissimulamus. Id probabilius, eum solis Phaenomenis operam explicandi navasse omissis ceteris Arati carminibus: quamquam ne hoc quidem indubitatum est. Haec utut sunt, περὶ τοῦ ἀστοῦ scripsisse ipso commentario Arateo Boethum firmo iudicio pronuntiamus<sup>64</sup>).

<sup>62</sup>) Westermannus (*τάξις*) supplevit.

<sup>63</sup>) Sapere interpretem stoicum recte videbatur Schleiermacher ('Werke' III 2 p. 25 sqq.), quod Heracliti librum in tres particulias distributum esse Laertius Diogenes IX 9, 5 dixit εἰς τε τὸν περὶ παντὸς (ἴόγον) καὶ τὸν ποιεῖσκον καὶ θεολογικόν. Accedit quod termini Stoicorum sunt. Stoice περὶ τοῦ παντὸς inscriptum est Achillius, qui totus a Stoicis pendet, primo capitulo. Cf. p. 33 sq.

<sup>64</sup>) Videtur de caelo alibi quoque disseruisse: Aetius II 31, 5 p. 363 Dieb. Βόηθος δὲ πρὸς τὴν φυτασίαν δέχεται τὸ ἀναπεπτυμένον (caeli), οὐ κατὰ τὴν ὑπόστασιν. Id. III 2, 7 p. 367 D. Βόηθος ἀτρος; ἀνημένον φυτασίαν (dicit cometam).

Sciri de Arateis Boethi possunt plura Ciceronis beneficio. Ille cum 'De divinatione' libros compilaret, Boethi novit de Prognosticis disputationem. I 7, 13 sqq. enim Quintum fratrem haec facit dicentem:

*Age ea, quae, quamquam ex alio genere sunt, tamen divinationi sunt similiora, videamus.*

*Atque etiam ventos praemonstrat saepe futuros inflatum mare, cum subito penitusque tumescit, saxaque cana salis niveo spumata liquore tristificas certant Neptuno reddere voces, aut densus stridor cum celso e vertice montis ortus adaugescit scopulorum saepe repulsus ('Progn.' fr. III B.).*

*Atque his rerum praesensionibus «Prognostica» tua referta sunt. Quis igitur elicere causas praesensionum potest? Etsi video Boethum stoicum esse conatum, qui hactenus aliquid egit, ut earum rationes rerum explicaret, quae in mari caelove fierent. Illa vero cur eveniant, quis probabiliter dixerit?*

*Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti nuntiat horribilis clamans instare procellas, haud modicos tremulo fundens e gutture cantus (fr. IV).*

*Saepe etiam pertriste canit de pectore carmen et matutinis acreedula vocibus instat, vocibus instat et adsiduas iacit ore querelas, cum primum gelidos rores aurora remittit; fuscaque nonnunquam cursans per litora cornix demersit caput et fluctum cervice recepit (fr. VI).*

*Videmus haec signa nunquam sere mentientia, nec tamen cur ita fiat videmus ... Quid scammoneae radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentium possit — quae nomen ex inventore repperit, rem ipsam inventor ex somnio — video, quod satis est: cur possit nescio. Sic ventorum et imbrium signa, quae dixi, rationem quam habeant non satis perspicio: vim et even- tum agnosco scio approbo etc.*

Tangi a Cicerone Boethi stoici Prognostica secundum commentarium Arateum tractata Geminus l. c. evincit. Respondet Quinto Tullio Marcus II 20, 47:

*Et eo quidem loco et «Prognostica» nostra pronuntiabas et genera herbarum, scammoniam aristolochiamque radicem, quarum causam ignorares, vim et effectum videres. Dissimile totum. Nam et prognosticorum causas persecuti sunt et Boethus stoicus, qui est a te nominatus, et noster etiam Posidonius; et si causae non reperiantur istarum rerum, res tamen ipsae observari animadvertisque potuerunt.*

Tandem inventus, qui Romanis Arati Phaenomena expediverit interpres! Adde quod in ipsis 'De divinatione' libris 'Prognosticorum' ex Arato translatorum Cicero excerpta proposuit. Vel titulum tertiae partis 'Prognostica' ex Boethi distributione Aratea recepisse Ciceronem prona est suspicio. Neque igitur causam cognoscimus, cur, de Ciceronis fontibus si quaeritur, Boethus semovereatur: semoverunt cum ceteri tum Hartfelderus 'Die Quellen von Ciceros zwei Büchern De divinatione' (Freiburg i/Br. 1878) p. 9. Velut II 70, 145, ubi Stoicum se compilare Cicero dicit, Boethum nobis audire videmur de lolliginibus, quod apud Plinium XVIII 87, 361redit<sup>68</sup>), et de delphinis:

*Gubernatores, cum exsultantis lolligines viderunt aut delphinos se in portum conientes, tempestatem signi-*

---

<sup>68</sup>) 'Praesagiunt et animalia: delphini tranquillo mari lascivientes flatum ex qua venient parte, item spargentes aquam, idem turbato tranquillitatem. Lolligo volitans, conchae adhaerescentes, echini adjigentes sese aut arena saburrantes tempestatis signa sunt'. Plinii Prognostica ex Varronis 'Ephemeride navalium' hausta (Boehme p. 30. 36 sqq.). Lolligo volitans in excerptis 'Theophrasteis' c. 40 commemoratur (χολοιοι ἐκ τοῦ νότου πετόμενοι καὶ τενθίδες χειμέριαι) et apud Suetonium (Isid. Hispal. XXXVIII, Boehme p. 42). Accedit quod et gubernatoris exemplum et medici, quod in Ciceronianis antecedit (medici signa quaedam habent ex venis et ex spiritu aegroti, multisque ex aliis futura praesentiunt), simili modo a Sexto Empirico coniunguntur, ut solemnis haec iunctura ad eundem auctorem revocanda videatur. Propositis enim, quae Alexandri Aetoli causa attulimus p. 149, pergit Sextus: καὶ ταῦτα δὲ καὶ τοῖς ἐμπειρικῶς λατρεύοντιν, οἷον τὸ ἔρευθος καὶ ἡ κυρτότης τῶν αἰτιῶν καὶ τὸ δίφρος καὶ τὰ ἄλλα, ὃν ὁ μὴ διδαχθεὶς οὐκ ἀντιλαμβάνεται ὡς σημεῖων. οὐκ ἄρα αἰσθητόν ἔστι τὸ σημεῖον.

*ficari putant. Haec ratione explicari et ad naturam revocari facile possunt. Ea vero, quae paullo ante dixi (scil. de mulieris gravidae somnio, alia), nullo modo.*

Nam nec de Panaetio nec de Posidonio cogitari posse videtur: ille ausus quidem non est negare vim esse divinandi, sed ‘dubitare se dixit’ (I 3, 6), hic vel scientiam esse voluit rerum futurarum a deo, deinde a fato, deinde a natura repetendam (I 64. 125). Cf. Wachsmuth ‘Die Ansichten der Stoiker über Mantik’ p. 15 sqq. Hartfelder p. 8. Inter poetas Stoici Aratum, doctrinae stoicae non sectatorem sed affinem, adamabant adeo, ut unum praetulisse Homerum<sup>69</sup>), ceteros velut Hesiodum et Euripidem postposuisse videantur<sup>70</sup>).

17. CALLIMACHUM CYRENENSEM miraberis inter caeli scriptores enumerari. Carmen fecit, quo, si non simul alia, Tbaletis de rebus caelestibus merita praedicaret (fr. 83a et 94 Schn.). Egit de caeli parte copiosius in ‘Coma Berenicea’.

18. CLEOSTRATUS Tenedius tempore satis vetusto poemate, quod ‘Αστρολογία ferunt, res caelestes complexus est. Schol. Rhesi v. 524; Plin. NH II 8, 31; Meineke libello p. 121 citato p. 23.

19. CRATES Mallota: cf. cap. IV.

20. DIDYMUS CNIDIUS et M. Schmidtio (‘Didymi Chalcenteri frg.’ p. 310) et nobis ignotus. Si quid licet hariolari, astronomorum scholae Cnidiae, quam Eudoxus instituit, tribuendus videtur. Illud caveas utique, ne de corrupto ex Κλαῖδιος ethnico cogites (Suid. s. v.).

21. DIDYMUS πονηρός M. Schmidtio grammaticus Alexandrinus est ‘laboriosus’ dictus vel Χαλκέρεος (Suid. s. v.). Nos de interpretatione cognominis πονηρός haeremus, quod ‘maleficus’ significare solet; ‘laboriosus’ est apud Hesiodum fr. 159 Rz., ubi Hercules πονηρότατος καὶ ἄριστος. Sed ne hinc quidem proficeremus

<sup>69)</sup> Zeno Προβλήματα Όμηρικά quinque libris conscripsit, Cleanthes Ηερὶ τοῦ ποιητοῦ condidit opusculum (Wachsmuth. I p. III, II p. XVII), alia alii.

<sup>70)</sup> Multa passim Zeno ad Hesiodum contulit interpretamenta (Flach ‘Glossen und Scholien’ p. 29; Wachsmuth. I p. VII). Philodemus ‘De pietate’ col. VI v. 16 sqq. de Chrysippo: ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ (scil. ‘Περὶ Θεῶν’) τὰ τε εἰς θύρας καὶ Μονσαῖον ἀναφερόμενα καὶ τὰ παρ’ Όμήρον καὶ Ήσπερίδην καὶ ποιηταῖς ἄλλοις, ὡς καὶ Κλεάνθης (I p. XVI W.), πειράται συνοικεῖον ταῖς δόξαις. Vide infra de Pseudoheracliti ‘Allegoriis’ (p. 49 Mehler.) cap. IV.

hilum, quoniam hoc de quo agitur studiorum genus in Didymo Alexandrino incognitum. Cf. M. Schmidt. p. 351 sq. De Ario Didymo stoico Alexandrino, qui idem procul habendus est, praeclare egit Dielesius p. 86 sqq.

22. DIODORUS ALEXANDRINUS stoicus Arati Phaenomena illustravit, cf. p. 34. Cuius commentarium dicere apte poterat pinacographus ‘περὶ πόλον’ scriptionem. Item Achillis isagogam in Aratum ‘περὶ σφαῖρας’ appellavit biographus (Suid. s. v. et supra p. 17<sup>10</sup>). Idemne ad quem Dositheus quidam de Arato librum misit? Theo Vita III p. 58 W. Αὐστίθεος δὲ πολιτικὸς ἐν τῷ ‘Πρὸς Αἰόδωρον’ ἔλθειν φησιν αὐτὸν καὶ πρὸς Ἀντίοχον τὸν Σελεύκουν καὶ διατριψαι παρ’ αὐτῷ χρόνον ἵκανόν; Achilles Vita I p. 54 τινὲς δὲ αὐτὸν εἰς Συρίαν ἐκῆλιθέναι φασὶν καὶ γεγονέναι παρ’ Ἀντιόχῳ καὶ ἡξιώσθαι ὑπὲν αὐτοῦ, ὥστε τὴν Ἰλιάδα διορθώσασθαι διὰ τὸ ὑπὸ πολλῶν λελυμάνθαι; Versio latina p. 32 Breysig. (progr. Erfurt. 1870) *Dositheus autem Pelusinus in quo apud Diodorum venire inquit et apud Antiochum Seleucium et permanere ad eum tempore sufficiente. ‘πολιτικόν’ ‘Pelusino’ posthabuerunt Boeckhius (‘Ueber die vierjährigen Sonnenkreise der Alten’ p. 28 sqq.), Wachsmuthius (‘Lydus De ostentis’ p. LV), Susemihlius (I p. 290); Ποντικός suspicatus est Heckerus (‘Philol.’ V p. 421) consentiente R. Koepkio ‘De Arati Solensis aetate’ (progr. Guben. 1867) p. 5°. Videtur vero πολιτικός illud indidem posse intellegi unde Strab. XIV p. 642 Άλεξανδρος ἔγινωρ δὲ Άνχρος προσαγορευθεῖς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ συνέγραψεν ἴστορίαν κτλ.<sup>71</sup>). Αξιοχε πολιτικέ Axiochum Socrates adloquitur p. 368 D multum in gerenda republica versatum. Schol. Aristoph. ‘Av.’ v. 790: δοκεῖ δὲ Πατροκλείδης πολιτικὸς εἶναι καὶ λόγιος. Quae cum ita sint, hic Dositheus ab astrologo, quem p. 14<sup>11</sup> strinximus, fortasse discernendus est, tametsi neminem novimus quin consociaverit (cf. Boeckh. l. c.). Unus ante nos incertus haerebat quodammodo Wachsmuthius p. LVI. Cf. cap. VIII.*

23. DIODOTUS stoicus, Ciceronis praeeceptor. Scripta quae quadrent nulla alioquin innotuerunt. Cf. Zeller ‘Philosophie der Griechen’ III<sup>3</sup> p. 585<sup>1</sup> et Hillscher p. 391<sup>72</sup>.

<sup>71</sup>) Supra p. 149 Meineke. l. c. p. 371.

<sup>72</sup>) Diodotus ‘grammaticus’, Heracliti interpres allegoreta, ὃς οὗ φησι περὶ φύσεως εἶναι τὸ σύγγραμμα (Heracliti) ἀλλὰ περὶ πολιτείας, τὸ δὲ περὶ

24. ERATOSTHENES GRAMMATICUS Idem geometra astronomus geographus erat, sed grammatici vel philologi cognomine delectabatur imprimis; hoc Suetonius 'De grammaticis' c. 10, illud Clemens Alexandrinus 'Strom.' I p. 309 A prodidit iniuria impugnatus a Bernhardyo in 'Eratosthenieis' p. XIV: Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Κυμαῖος πρῶτος τοῦ κοιτικοῦ εἰσηγήσατο τοῦνομα καὶ γραμματικὸς προσηγορεύθη. ἔτιοι δὲ Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖον φασιν, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν αὐτὸς βιβλία δύο 'Γραμματικά' ἐπιγράψας. Cf. Luciani 'Macrob.' c. 27.

25. EUAENETUS. 26. EUAENETUS alter nobis aliunde ignoti.

27. EUDORUS alexandrinus, philosophus academicus, Strabonis aetate excerptum Diodori librum Arateum posteris suppeditavit simul commodiore ut videtur condito poetae commentario. Diels p. 22; Zeller p. 611 sqq.

28. EUDOXUS: cf. cap. VII.

28. GEMINUS Rhodius Caesarianae aetatis: cf. p. 54<sup>st</sup>. Liber de caelo inserbitur in codice astronomorum Ambrosiano (C 263 inf.) s. XV fol. 71 a *Γερίνον τὰ Φαινόμενα*. Mirifice Blassius p. 8 erravit, qui ad Arati interpretationem Geminum sua retulisse contendit. Quamquam Aratea insunt. Cf. p. 54 al.

29. HEGESIANAX cur 'Αγησιάναξ in A sonet nescitur, tametsi personas frustra dissociavit Boehmius 'Mus. rhen.' l. c. Carminis de caelo mentionem Ptolemaeus rex epigrammati illi iniecit nobilissimo p. 139 a nobis adscripto. Aemulum idem Arati sed inferiorem Hegesianactem descripsit. Servavit duo fragmenta Plutarchus ('De facie in orbe lunae' p. 920 E sqq. Meineke 'Anal.' p. 244). Liber prosa oratione confectus 'De ortu' a nonnullis Arati diebatur Vit. II p. 56 W.: καὶ ἔστιν αὐτῷ (Arato) ἔτερα συντάγματα . . . τέταρτον τὸ Περὶ ἀνατολῆς, ὃ φασὶ τινες μὴ εἶναι Ἀράτον, ἀλλ᾽ Ἡγησιάνακτος. Erat Hegesianax saeculo anto Chr. altero (Mueller FHG III p. 68).

30. HELIODORUM STOICUM Neronis aulicum Fabricius (Bibl. gr. II p. 404, cf. 'Herm.' XVI p. 391) ex scholio in Iuvenalem 'Sat.' I 33 (Jahn-Buecheler p. 61) protraxit: *Heliodorum dicit stoicum*

φύσεως ἐν παραδείγματος εἰδει κείσθαι, a stoico vix segregandus est (Diog. Laert. IX 1, 15. Schleiermacher 'Werke' III 2 p. 26 sqq. Cf. cap. V), segregandus fortasse D. Boethi peripatetici frater (Strab. XVI p. 757).

*philosophum, qui L. Iunium Silanum discipulum suum, cum argueretur coniurationis, infitiatum domesticam delationem etiam testimonio oppressit.* Deest Heliodorus apud Zellerum (in indice p. 51).

31. HERMIPPUS. 32. HERMIPPUS PERIPATETICUS. Eundem esse putant invito pinacographo et duplicem mentionem ita expedient, ut initio nonnisi nudum Hermippi nomen scriptum fuisse censeant: huic ab alio 'Hermippum peripateticum' esse additum, cuius memoriam apud Suetonium (Hieronym. 'De scriptor. eccles.' 1) vel alibi repperisset. Disputavit ita Prellerus (Jahnii 'Annal.' XVII 1836 p. 163 sq.) et fidem assecutus est<sup>73)</sup>. Ut vero est huius catalogi natura, certe duo de caelo egerint Hermippi oportet, alter peripateticus — qui idem erat Callimacheus Suetonio teste: *fecerunt quidem hoc (tabellas biographicas) apud Graecos Hermippus peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus etc.* — alter deficiente nota incognitus. Nec meminit Nicomachus, etsi videtur, Ath. XI p. 478 A: *Νικόμαχος δ' ἐν πρώτῳ 'Περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων' φησίν· τὸ δὲ κόνδυν ἔστι μὲν Περσικόν, τὴν δὲ ἀρχὴν ἦν Ερμιππος* (FHG III p. 54) ἀστρολογικὸς ὡς δ· κόσμος, ἐξ οὗ τῶν θεῶν τὰ θαύματα καὶ τὰ καρπώσιμα γνεοθαῖ ἔστι γῆς. διὸ ἐξ τούτου σπένδεσθαι'. Sunt haec corrupta misere, ut de procurandis verbis desperemus. At sentire nobis videmur, quantum ad propositam quaestionem sufficiat. Comparavit globosam poculi figuram cum caelo sive mundo et dixit insuper libari ex tali vasculo caeli mundive formam simulanti, quia ex caelo ipso pulchra bonaque omnia in terram devenirent. Sane haec petita sunt ex longinquo et ἀστρολογικῶς dicta, ac fieri possit ut adverbium ἀστρολογικῶς ex ἀστρολογικός iure efficias<sup>74)</sup>. Plura non periclitamus, illud postquam manifestum est de altero Hermippo rerum caelestium scri-

<sup>73)</sup> *Hermippus kommt in den Aratscholien selbst — unde conflatum Prellerus indicem Vaticanum putat — immer bloss mit diesem Namen vor, und unten wird wahrscheinlich gemacht werden (?) p. 175), dass dieser H. nicht der Kallimacheer, sondern der Berytier ist. Es ist also zu vermuthen, dass die Wiederholung 'Hermippus Peripateticus' eine später und bei der Lectüre des Hieronymus (?) veranlasste und hinzugefügte Notiz ist (?). Uebrigens ist dasselbe (Ritschl 'De Oro' p. 12) von dem indiculus vor den Scholien zur Ilias p. III Bekker. zu halten etc.*

<sup>74)</sup> *Animadvertas H. Callimacheum magiae deditum fuisse. Erravit Prellerus l. c. p. 178. Cf. Diels p. 151.*

ptore nihil sciri posse. Berytium quod accivit Prellerus, nibili est. Iam vero carmen de caelo ferebatur Hermippum aetate alexandrina: quod nec cur demas peripatetico Callimachi discipulo nec cur tribuas, pro explorato habetur, etsi Lozinskius assentientibus Roberto p. 223 et Susemihlio I p. 495 ad illum sibi redeundum existimarunt.

33. HIPPARCHUS BITHYNUS de Arati Phaenomenis tres libros confecit, fastos emendavit (Ptolem. 'Magn. Synt.' III 2, p. 163 sqq.), omnino ad caeli notitiam gravissima contulit.

34. LASUS MAGNES ignotus.

35. MENODOTUS diversus ab historico Samio (de quo cf. Susemihl. I p. 640) et empirico saeuli post Chr. II: Zeller III<sup>o</sup> p. 5<sup>o</sup>.

36. METO GEOMETRA: cf. supra p. 13 sq. 134 sqq.

37. NUMENIUS GRAMMATICUS ab Heracleota medico, qui ante Nicandrum 'Theriaca' compositus, dissociandus est (Susemihl I p. 813, Rohde 'Mus. rhen.' 1873 p. 275).

38. PARMINIDES. πρῶτος οὗτος τὴν γῆν ἀπέγνω σφαιροειδῆ καὶ ἐν μέσῳ (mundi) ζεισθαι Diog. Laert. IX 3, 2. Plura habes apud Dielesium 'Doxogr.' p. 688 sq.

39. PARMINISCUS GRAMMATICUS saeculo altero egit de fastis ac fabulas siderum et post Eudemum proximus historiam astronomiae explicavit. Quod consilium perseverando multorum et astronomorum et poetarum testimonia ut afferret commotus est. Robert. p. 225 sqq.

40. PYRRHUS MAGNES geometres, Arati interpres: p. 22, 35.

41. SMINTHES carmen de sideribus condidit teste Rufo Festo Avieno 'Aratea' v. 582 (de Pliadibus), quod Φαινομένων titulo in catalogo E designatur. Fugit nos, cur Robertus p. 29 huius testimonii fidem in suspicionem vocaverit.

42. THALES, astronomiae peritissimus (Herod. I 74), Ναυτικὴν ἀστρολογίαν carmen, ut videtur, haud ita antiquum composuisse Alexandrinorum aevo ferebatur immerito (Plutarch. 'De Pyth. or.' c. 18; Diels 'Philos. Aufs. für Ed. Zeller' p. 244'): κατά τινας δὲ δύο μόνα συνέγραψε 'Περὶ τροπῶν καὶ τοπικῶν', τὰ ἄλλα ἀνατάληττα εἶναι δοκιμάσας Diog. Laert. I 23 (cf. Callim. fr. 83 A et 94, supra s. v.). In Plin. N. H. XVIII 57, 213 (occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus — nam huius quoque nomine exstat «Astrologia» — tradidit fieri, cum aequinoctium auctumni conficeretur, Thales XXV die ab aequinoctio, Anaximander XXX, Eu-

*citemon XLIV, Eudoxus XLVIII. Nos sequiniur observationem Caesaris maxime, haec erit Italiae ratio 'Nauticam' Thaletis 'astrologiam' cur Boehmius intellegendam esse negat, nihil causae est. Ipse quam protulit, ea pernova quidem opinio sed futilis* (p. 74).

43. THEODORUS Cyrenensis, nobilis et astronomus et mathematicus, docendo ac scribendo gloriam consecutus est. Praedicatur a Platone tribus dialogis, Theaeteto Sophista Politico.

44. TIMOTHEUM ab apotelesmatico distinximus 'Herm.' XVI p. 391<sup>s</sup>. Iacet ignotus.

45. ZENO sectae stoicae auctor. Nam non modo in universum Stoici habitabant in hoc studiorum genere (Diog. Laert. VII 145 alibi), sed ipse Zeno libro 'Περὶ τοῦ ὄλον' de astris disputavit (ib. 136 sqq. 144 sqq.).

46. ZENODORUS fortasse mathematicus est s. III, qui post Archimedem 'Περὶ ἴσομέτρων σχημάτων' scripsit. Cf. Susemihl. I p. 761.

47. ZENODOTUS. 'Stoicus' affertur, Diogenis discipulus, Diog. Laert. VII 30, idem fortasse Alexandrinus (Zeller III<sup>s</sup> 1 p. 48; Suid. s. v.); 'Aetolus' de Iove Arateo in scholiis Germanici supra p. 27<sup>75</sup>); denique, nihil iam ut sapias, 'Mallota' idemque ut videtur stoicus in censum venit, Cratetis discipulus, cf. schol. Marc. ad Arati v. 33 δίκτω ἐν εὐώδει] Ζηνόδοτος δὲ ὁ Μαλλώτης 'δίκτων' ἔχουσε τὸ καλούμενον δίκταμον. διὰ τοῦτο καὶ εὐώδες τοῦτο εἰρῆσθαι<sup>76</sup>). Recte Schraderns ('Porphyri.' I p. 431<sup>1</sup>) hoc interpretamentum Arateum a libro 'Πρὸς τὰ ἀθετούμενα' (etsi scholio ad v. 28 vel Aristarchus impugnatur) separavit, Puschius ad commentarium Arateum rettulit recte in 'Quaestionibus Zenodoteis' (diss. Hal. XI p. 157). Itaque commentario in hunc poetam scripto περὶ τοῦ πόλον Mallota Zenodotus agere perbene potuit.

Perlustrato scriptorum de caelo ordine rei summam in Stoicorum frequentia deputamus. Decem arcessivit Stoicos cum ipso disciplinae conditore, unum praeterea Peripateticum; contra deesse reputa Platonicos et Epicureos, deesse omnem quoque astrologorum

<sup>75</sup>) Absurde Grauertus in scholio Germanici e verbis Zenodotus Aetolus et Diodorus aiunt efficere voluit Zenodotus Attalus Diodorus aiunt 'Mus. rhen.' 1827 p. 345\*.

<sup>76</sup>) Cf. de 'dictamno' Zenodoteo cap. VI.

qui proprie vocantur memoriam. Accedit quod commentationis exordio vocis *πόλος* in titulo usum demonstravimus stoicum. Abundat porro index etiam grammaticis, abundat poetis. Hinc grammaticum aliquem, qui saeculo primo p. Chr. exeunte vel altero fuit, sectae stoicae addictum, poetarum Homeri et Arati potissimum interpretem (quales erant Boethus et Zenodotus Mallota, ipse denique Achilles) catalogi compositorem agnoscere nobis videmur.

#### **IV. DE CRATETE MALLOTA.**



**C**RATETIS Mallotae in Arati 'Phaenomena' commentarium existisset nullo indicio comperiri dimissa Wachsmuthii sententia ('De Cratete Mallota' p. 32) supra p. 33 monuimus. Ita ille argumentatur: '*Arati enim interpretum in catalogo apud Petavium Uranolog. p. 267 Crates ipse commemoratur et identidem laudatur in Arati scholiis.*' Illud iamiam rectius edocti facile praetermittimus. CRATETIS de Iove opinionem, quam e scholiis Arateis attulimus, cum non modo poetae exordio ac v. 224 sed etiam Iliidis XIX v. 357 subsidio fulciatur, iure eodem ad commentarium Homericum revocare possis, ut diximus. Quid? quod in scholiis Arateis interpretamenti a CRATETE in Homerum conlati aperatum inest vestigium v. 254, recte etiam a Wachsmuthio p. 54 reliquiis Homericis et non Arateis insertum:<sup>1)</sup> παρ' Ομήρῳ δὲ (Od. XVII. 225, XVIII. 74) ἐπιγοντὶς τὸ ἄνω τοῦ γόρατος, ὡς Ἀρίσταρχος· ὡς δὲ ΚΡΑΤΗΣ, ἐπωρίς. Restat de horizonte scholium Arati p. 33 a nobis adscriptum et ipsum ad Odysseae X v. 86 «ἐγγὺς γὰρ νυκτὸς τε καὶ ἡματός εἰσι κέλευθοι» tendens: de quo quod nunc quidem satis est actumst ibidem. Omnino intuenti facile adparebit scholiis Arateis HomERICA scholia haud pauca comprehendendi. Quo de genere cum multa possint et utilia proferri, uno sed luculento et quod et ipsum cum CRATETIS memoria cohaerere nobis videatur exemplo utemur; Cui scholium addemus Iliidis Lipsiense, quod nusquam alibi reperire potuimus<sup>2)</sup>, et Eustathium ceteris testibus in quibusdam copiosiorem.

<sup>1)</sup> Praeivit Bekkerus in indice post Aratum p. 158.

<sup>2)</sup> Scholiographum Lipsiensem praeter TB Eustathium codicem bonae notae generi D affinem adhibuisse hodie sive perditum sive nondum redimentum ex iis consectarium est, quae et nos ipsi et Schraderus ('Herm.' 1884 p. 285 sqq. 1886 p. 206 sqq.) disputavimus.

SCHOL. LIPS. II. III  
v. 190 p. 169 Bachm.

έλικωπες] ἡ εὐθεῖα  
έλικωψ. γίνεται οὖν  
ἐκ τοῦ Ἐλίκη, ὁ ση-  
μαίνει τὴν μεγάλην  
Ἄρκτον, ὡς καὶ Ἀρα-  
τος (v. 37) «Ἐλίκη γε  
μὲν ἄνδρες — εἰν ἀλλί<sup>τεκμαλρούται</sup><sup>3)</sup>. διὸ  
οὖν εἰσιν Ἄρκτοι, καὶ  
ἡ μὲν μεγάλη καλεί-  
ται Ἐλίκη, πρὸς ἣν  
ἀποβλέποντες καὶ  
ἀπενθύνοντες τὴν πο-  
ρείαν ἐποιούντο· ἐκ  
τούτου οὖν ἐκλήθη-  
σαν «έλικωπες». ἡ δὲ  
μικρὰ Κυνόσουρα.

έλικωπες Ἀχαιοί]  
ἀξιοθέατοι· εὐγενεῖς  
τὴν θέαν.

EUST. p. 56, 41—57,3  
(= p. 120, 39—45).

ὅτι «έλικωπες» μὲν  
Ἀχαιοὶ οἱ τὰς κώπας  
έλισσοντες (ῆγονν ναυ-  
τικοὶ) ἡ, ὡς καὶ ἀλλα-  
χοῦ δηλοῦται, οἱ πρὸς  
τὴν Ἐλίκην τὸ ἀστρον,  
τὴν καὶ μεγάλην Ἄρ-  
κτον λεγομένην, τοὺς  
ῶπας ἔχοντες καὶ πρὸς  
ἀφροδῶντες καὶ πρὸς  
ἔκεινην πλέοντες, ἡ  
οἱ ἀξιοθέατοι καὶ  
έλισσοντες τοὺς ὕπας  
τῶν βλεπόντων εἰς  
έαντούς<sup>4)</sup>.

SCHOL. MARC. Arat.  
v. 39.

πεπιστευνται δὲ ὡς  
ἀκριβέστεροι<οἱ>Φοί-  
νικες τὰ ναυτικὰ καὶ  
ἐμπειρότεροι τῶν  
Ἐλλήνων πρὸς τὴν  
ἐλάσσω βλέποντες. ὁ  
γὰρ εὑρετῆς αὐτῆς  
Θαλῆς εἰς Φοίνικας  
ἀνάγει τὸ γένος. οἱ  
δὲ Ἐλληνες ἐν ἀγνω-  
σίᾳ τῆς μικρᾶς ὄντες  
πρὸς τὴν Ἐλίκην  
δρῶγτες ὡς μείζονα  
διέπλεον καὶ πλέον-  
σιν. ὅθεν αὐτοὺς  
Ομηρος «έλικωπες  
Ἀχαιοί», ὡς εἰς αὐ-  
τὴν τοὺς ὕπας ἀνα-  
τείνοντες. οἱ δὲ λέ-  
γοντες εὐοφθάλμους  
τοὺς ἔλικωπας ἀμαρ-  
τάνοντες. παρθένων  
γὰρ τὸ ἐπιθετον (II.  
I v. 98).

Patet astronomica ratio Homero admota. CRATETEM videbimus  
in hoc genere quasi habitasse. Res utut diiudicabitur: quin ex  
interpretatione Homerica Arati scholiasta hauserit, quis dubitabit?  
Actum crederes de opinione Wachsmuthii: at defensor nuper  
Usenerus exortus est in 'Epicureis' p. 410 protractum a se e volumen-  
inum Herculanicum vol. XI fol. 147<sup>2</sup> novum CRATETIS titulum  
quem putat 'Περὶ τῆς σφαιροποίας' ad 'commentarium Arati' spe-  
ctare contendens. Admitti hoc posset, si modo de illo opere con-

<sup>3)</sup> τεκμαλρούτες e Lipsiensi Bachmannus: correximus.

<sup>4)</sup> Cetera, quae habet hoc loco Eustathius, cum e scholio ATB simillimo  
ad ll. 1 v. 98 desumpta sint, consulto omisimus.

staret. Quod quoniam secus est, alia via tentanda. Nec privari videmur frustuli illius Herculensis quamvis lacerati auxilio. Hoc igitur adponimus paucis supplementis auctum a nobis litteris minusculis perscriptis. Verba σφαιροποίας ὁ ΚΡΑΤΗΣ Usenerus refecit. Abscissa punctis notavimus.

ΤΩΝ ΣΑΦΙΔΙΟ . . . . .  
 ΛΟΥ ΣΙΠΡΟ ΕΙ . . . . .  
 ΦΕΡΟ // ΛΙ . . . ΟΥ // . . .  
 ΕΥΘ(ε) ΖΤΗ ΧΜΗΝΙ . . . . .  
 // // ΤΑΧ ΜΑΙΝΟΝ(τα πολ)  
 ΛΑΚΙ ΣΟΓ ΟΥΓ . . . . .  
 ΠΑΡΙ ΣΤΑΝΕΙΝΑ ΜΑ . . . Υ . .  
 ΤΑΙΤΟΝ ΠΟΗ ΤΗΝ ω(ε) ΚΑΙ ΤΑ  
 ΠΕΡΙ ΤΗ ΖΕΦΑΙΡΟ ΤΟΙ Α ΖΟΚΡ(α)  
 ΤΗ ΖΕΝΙΟΙ Δ(ε) ΚΑΙ Τ . . ΖΕΡ Ζ  
 ΜΑΙΝΟΝΤΑΙ ΚΑΘ . . . ΖΡΟ .  
 ΤΑΣ ΔΥ ΖΠΟΗ ΖΣ(ε ι ζ ο μ) ΖΡ(ο ν)  
 ΠΕΡΙ ΖΤΟΥ Κ(ο) ΖΜ(ο ν) ΛΕ(γ) ΖΝ  
 ⟨τος⟩

CRATETIS in Aratum commentarii ne ita quidem nec vola cernitur nec vestigium, modo Homericā poemata iuxta CRATETIS ‘globi conformatiōnē’ in papyro commemorata reputes. Hinc, si quid omnino, ‘de Homeri sphaera’ illum conligit exposuisse. CRATETIS ‘sphaera’ celebris erat Strab. II p. 116 Casaub.: καὶ δεῖ τὸν ἐγγυτάτῳ διὰ τῶν χειροκημήτων σχημάτων μιμούμενον τὴν ἀλήθειαν ποιήσαντα σφαιραν τὴν γῆν, καθάπερ τὴν ΚΡΑΤΗΤΕΙΟΝ, ἐπὶ ταύτης ἀπολαβόντα τὸ τετράπλευρον ἐντὸς τούτου τιθέναι τὸν πίνακα τῆς γεωγραφίας. ἀλλ’ ἐπειδὴ μεγάλης δεῖ σφαιρας. ὅστε πολλοστημόριον αὐτῆς ὑπάρχον τὸ λεχθὲν τμῆμα ἴκανὸν γενέσθαι δέξασθαι σαφῶς τὰ προσήκοντα μέρη τῆς οἰκουμένης καὶ τὴν οἰκείαν παρασχεῖν ὅψιν τοῖς ἐπιβλέποντοι, τῷ μὲν δυναμένῳ κατασκευάσασθαι τηλικαύτῃ οὕτω ποιεῖν βέλτιον. ἔστω δὲ μὴ μείω δέκα ποδῶν ἔχοντα τὴν διάμετρον κτλ.’ (Lübbert ‘Mus. rhen.’ XI 1857 p. 429). Terrae globo explicando ‘Ἡερὶ τῆς σφαιροποίας’ opus CRATETEM destinasse nuperrime voluit Wachsmuthius (‘Mus. rhen.’ 1891 p. 556). Videtur tamen iure posse dubitari, cum praeter globum decempedalem planam terrae tabulam designatam reliquerit teste pinacographo supra p. 145. Quam tabulam ad inlustran-

dam Homeri geographiam pertinuisse recte observavat Muellenhoffius ('Deutsche Alterthumskunde' I<sup>2</sup> p. 254)<sup>5)</sup>. Rem ita expediendi facultas suppetit nec deest probabilitatis species. Sitne omnia exempta scrupulo an non sit, id nunc refert nihil.

CRATETIS apud Geminum et Strabonem perlegendi fragmenta, modo Wachsmuthii ordinem deseratas (quem deserendum esse ingenue ipse vir doctissimus pronuntiavit l. c.), facile certiora de libro CRATETIS utrimque excerpto offerri docebimus. Ac primum quidem Blassius ('De Gemono et Posidonio' p. 23) ea, quae de zona usta Oceano Aethiopibus Geminus prodidit, ex Posidonii 'De Oceano' libro manasse, Posidonium Cleanthe Polybio CRATETE usum esse ostendit. CRATETEA, quae per hanc Gemini disputationem leguntur, immerito a Wachsmuthio p. 46 et p. 55 dissecta et diversis 'commentarii in Odysseam' locis, I v. 23 et incerto, adscripta esse, etsi arctissime cohaerent inter se non modo apud Geminum baec omnia sed unam in Strabone quoque ac iustum efficiunt narrationem, verissime obvertit Muellenhoffius p. 250\* ac nuper publice concessit ipse Wachsmuthius. A quibus solummodo de libro CRATETEO sed graviter dissentimus. Ita enim p. 248 ille: 'Ausser dem Globus wird Krates seine ganze Astronomie und Geographie in dem Commentar zu Aratos' Phaenomenis (de hoc nunc actum) und in den acht (?) Büchern der Diorthose des Homer niedergelegt haben' et sic etiam Wachsmuthius 'Mus. rhen.' 1891 p. 553 novem libris crisin et interpretationem Homericam pertractasse CRATETEM ratus, quorum altero de cosmogonia disputatum fuisset. Quasi fundamento haec ratio in Suidae verbis s. v. *KPĀTHΣ* posita est: συρέαξε Αιάρθωσιν Ἰλιάδος ταῦ Οδυσσείας ἐν βιβλίοις 9' ταῦ ἄλλα. Non dubito — idem inquit

<sup>5)</sup> Commissoit inter se planam sphaeram Homericam et globum universum H. Berger in libro percommode 'Geschichte der wissenschaftl. Erdkunde der Griechen' III (1891) p. 127. — [Idem tere ac Müllenhoffius eodem captus errore nuperrime edixit Gomperzius ('Philodem und die aesthetischen Schriften der herculanensischen Bibliothek' Sitzungsb. der Wiener Ak. d. Wiss. 1891 p. 52 sq.): 'Gemeint ist ohne Zweifel sein Homercommentar(!), in welchem er zu Stellen wie a 23 ff. die Lehre von der Kugelgestalt der Erde dem Dichter aufdrängen wollte. Vgl. Geminus p. 66-67 Halma. Supplementa fragmenti Herculensis nonnulla proposita Gomperzius ibidem sed incerta].

Wachsmuthius conspirante Dielesio 'Relat. ac. berol.' 1891 p. 579<sup>o</sup>) — quin Suidas eundem intellexerit librum, quem alias Αἰορθωτικά ('Anecd. Roman.' p. 5 ed. Osann) τὰ Περὶ διορθώσεως (schol. μ 89) Ομηρικά (schol. O 193) laudari comperimus commentarium Homeri. Namque quamquam διόρθωσις vocabulum de critica sola opera in emendandis libris posita dicitur (cf. Ritschl 'Coroll. disp. bibl. alex.' p. 19) tamen de editione ut cum Luebberto p. 428 cogites') non est quod persuadeat. At Αἰορθωτικά editio critica et est et erit, Περὶ διορθώσεως seu Αἰορθωτικά liber de hac editione scriptus, quemadmodum rectissime olim Villoisonius 'Proleg. Iliad.' p. XVII, nuper Hillscherus 'Hominum litteratorum graecorum ante Tiberii mortem in urbe Roma commoratorum hist. crit.' ('Suppl. ann. philol.' 1891 p. 358 sqq.) statuerunt. Commentarius ille erat; ac congruit cum interpretis consilio CRATETIS de ἄνθοι vocis significatu sententia (p. 53 W.), congruunt quae in 'Anecdoto Osanniano' (p. 40 W.) de diversis prooemii Iliidis recensionibus CRATES disseruit. Seductus Hillscherus operum quorundam ad novenarium numerum distributorum exemplis, de quibus eruditè exposuit, novenos libros et Iliadem complexam esse arbitratur et Odysseam. At qui superest unicus testis ita interpretandus est, ut vim non verbis inferas, quamvis ipse fidei admodum sit dubiae. Iam vero Suidas de novem voluminibus loquitur duo illa carmina iuncta continentibus. Proximum igitur erit, etsi non certum, alterum carmen habuisse quinque, quattuor alterum existimare. Dici per se nequit, utrius fuerit pentas

<sup>o</sup>) Conspirat Ludwichius 'Berl. phil. Wochenschrift' 1888 p. 1427: Dass jenes Fragment des Krates (de quo mox dicetur) einem seiner neun Bücher, die Suidas als Αἰορθωτικά Ιλιάδος καὶ Οδύσσειας bezeichnet, angehörte, darf wol als selbstverständlich (?) angesehen werden.

<sup>1)</sup> 'Nach allem was wir von des Krates von Mallos Bemühungen um Homer wissen, scheinen dieselben im Wesentlichen bestanden zu haben erstlich in einer Textesrecension beider Epen, zum Andren in einem exegetisch-kritischen Commentar, der eine Rechtfertigung jener Textesgestaltung enthielt und in neun Bücher getheilt war: zwei Arbeiten, über welche Suidas mit ungenauer Kürze berichtet: ανέταξε Αἰορθωτικά Ιλιάδος καὶ Οδύσσειας ἐν βιβλίοις 9!' Immo Suidas de editione verba facit, de commentario non item. Inesse vero potest commentarii memoria iis quae sequuntur verbis 'καὶ ἄλλα'. Ne Schraderus quidem 'Porph.' I p. 405 praeter Αἰορθωτικά ullum CRATETIS de Homero extitisse librum credere videtur.

probabiliter, tetras utrius. Licebit vero fortasse inferius in hac re pedem proferre aliquantulum.

Diximus quid *Διόρθωσις* et quid *Περὶ διορθώσεως* sive *Διορθωτικά* sibi velit. Num *'Ομηριά CRATETIS*, quae bis citantur, idem fuerint ac commentarius in Homerum (quae est Luebberti sententia p. 428), iam explorandum est. Ad Il. XXI v. 193 sqq. CRATES ἐν β' *'Ομηριῶν* 'Magnum mare' ipsum esse Oceanum non nullis argumentis copiosius demonstrasse scholio Genevensi ab J. Nicolio recens edito et a Wachsmuthio 'Mus. rhen.' 1891 p. 553 emendatius proposito narratur. Idem ad Il. XV v. 193 ἐν β' *'Ομηριῶν* de quattuor elementis Homero non incognitis disputavit. Patet constantia quaedam citandi, patet etiam argumenti affinitas, quod ad mundum Homeri explanandum refertur. Nec latuit hoc Wachsmuthium p. 553: 'Da es sich dort um die vier Elemente handelt, hier um den Okeanos, so darf man wol schliessen, dass Crates in dem zweiten der neun Bücher, die er der Kritik und Exegese Homers widmete, die kosmogonischen Lehren Homers darlegte. Posteriora quidem non recte dicta esse intelleximus, prioribus subseribendum est necessario. Contendimus igitur

1. tria CRATETIS scripta Homericā discernenda esse *Διόρθωσιν*, *Περὶ διορθώσεως* sive *Διορθωτικά*, *'Ομηριά*: non aliter atque Aristarchus editionem (vel editiones), commentarios, denique peculiarem *'Περὶ Ἰτάδος καὶ Οδυσσείας'* librum confecit;
2. *'Ομηριοῖς CRATETEM* perpetua argumentatione cosmographiam geographiam philosophiam Homeri tractavisse;
3. ampla CRATETIS apud Geminum et Strabonem fragmenta commentario Homericō demenda sine dubio et *'Ομηριοῖς* restituenda esse ac nova etiam posse ex Pseudoheraclito Allegoreta, Pseudoplutarcho 'De vita et poesi Homeri', Porphyrii 'Quaestionibus Homericis', denique e scholiis proferri.

Diu haesitavimus, utrum consulere brevitati praestaret an singula percensere argumentandi momenta. Iam vide quid ac quo successu fecerimus.

---

Edidimus p. 23 sqq. e scholiis in Aratum et graecis et latinis de Iovis notione commentariolum utrobique truncatum, verum materiae

bonitate insigne. Enumerantur ab Achille ordine 1. οἱ τὸν οὐρανὸν λέγοντες Δια, 2. οἱ δὲ Δια τὸν αἰθέρα παραλαβόντες, 3. οἱ δὲ Δια τὸν ἥλιον νοήσαντες, 4. οἱ δὲ Δια τὸν ἀέρα ἀκούσαντες, 5. οἱ δὲ Δια τὸν μυθικὸν. Quibus peractis suam Achilles (si est Achilles) sententiam proponit p. 27, 21 sqq.: ἡμῖν δὲ δοκεῖ τριχῶς ὑπὸ τοῦ Άράτου προφρέσθαι κτλ. Quinque igitur interpretationis exempla congesta videmus, cum non amplius tria Achilles ipse commentatiunculas exordio p. 23 pollicitus sit: Δια δὲ οἱ μὲν τὸν οὐρανόν (= 1), οἱ δὲ τὸν ἥλιον (= 3), οἱ δὲ τὸν μυθικὸν ἔξεδέξαντο (= 5). Patet aut excidisse duas in initio explicandi rationes aut in subsequentibus totidem fraude abundare. Utrum verius sit, scholiorum latinorum adiumento facile assequimur: *Et quaeritur, cuius Iovis meminerit, utrumne fabulosi an naturalis.* Ergo duo in universum interpretamenta enarrator ille quisquis fuit primarius sectabatur, ita tamen ut 'naturalem' Iovem tripliciter divisum esse diceret certo quodam modo: *'Et philosophi quidem plurimi naturalis aiunt eum Iovis meminisse, KPATHΣ autem Iovem dictum caelum, invocatum vero merito aerem et aetherem, quod in his sint sidera.'* Subnectit latinus e CRATETE eadem Homeri Arati Philemonis comici de Iovis vi caelesti et de Iovis vi aerea dicta, quae apud Achillem legimus. Iovem esse aetherem, ut hodie res est mutilato commentarii textu, testimonii non declarari fatendum, sed confidenter dicimus exstisset olim ibidem fere ea, quae p. 24, 7—23 in Achille occurrunt. Quid igitur concordante cum Achillis initio interprete latino statuemus? Non plus tres Ioves discrevisse eum qui primus haec scripsit, sed dissolutum a CRATETE Iovem physicum item tres in notiones, caelum aetherem aerem, addidisse. Narraverat ita Achilles quoque nec culpandus, si librarius aliquis, accuratus qui sibi videretur, dissecando et traiciendo quinque Ioves ex tribus effecit. His expositis id tenemus, etiam Achillea omnia quae de Iove physico sunt reddenda esse Mallotae: p. 23, 5—24, 23. p. 25, 21—26, 20. Est hoc aliquid, quoniam quae p. 24, 7—23 ad aetheream Iovis vim pertinent iisdem etymologiis eodemque Euripidis ornata frustulo in 'Heracliti' allegoriis Homericis revertuntur c. 23 p. 49 Mehler.: εἴη δ' ἄν (οἶμαι) τοῦτο Ζεὺς ἐπώνυμος ἦτοι τὸ ζῆν παρεχόμενος ἀνθρώποις ἢ παρὰ τὴν ἔμπνυσον ζέσιν οὐτως ἀνομασμένος. ἀμέλει δὲ καὶ δ' Εὐριπίδης τὸν ὑπετεταμένον αἰθέρα φησίν (fr. 941 N.<sup>2</sup>).

δρᾶς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἀπειρον αἰθέρα  
καὶ γῆν πέριξ ἔχοντ' ὑγραῖς ἐν ἄγκάλαις;  
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἵγου θεόν.

Inserta haec sunt interpretationi Iliadis I v. 399—404, quibus de lite deorum agitur, allegoricae: ἐν τούτοις τοῖς στίχοις ἄξιός ἐστιν Ὁμηρος οὐκ ἐκ μιᾶς τῆς Πλάτωνος ἐλαύνεσθαι πολιτείας, ἀλλ' ὑπὲρ Ἡρακλέους (φασίν) ἐσχάτας στήλας καὶ τὴν ἄβατον Ὡκεανοῦ θάλασσαν. Ultima (καὶ — θάλασσαν) uneis Mehlerus saepsit prae-propere; neque enim manifestum iudicavit quid esset ὑπὲρ τὴν Ὡκεανοῦ θάλασσαν neque feliciter exegitatum illud esse maris epithetum, nec liquere quid Ὡκεανοῦ θάλασσα esset. Responsa in promptu: Ὡκεανοῦ θάλασσα dictum, ne fluvius sed mare Oceanus existimaretur; ἄβατον, quoniam superari vix posset; ὑπὲρ τὴν θάλασσαν extreum terminum exaggerando significat. Patescit artificium scriptoris et certa ratio, dummodo Oceanum pro mari Atlantico haberi concedas: quod ob columnas Herculis concedendumst. Haec vero ipsa CRATETIS opinio. Ergo ε CRATETIS mente vel oratio 'Heracliti' formata adparet. ταῦτης τοινυν τῆς ἀσφειας ἐν ἐστιν ἀντιφάσματον, ἐὰν ἐπιδεῖξωμεν ἡλι-λιγνοφλέιον τὸν μὲν θόρον ἡ γὰρ ἀσχέτος ἀπάντων καὶ πρεσβυτάτη φύσις ἐν τούτοις τοῖς ἐπεοι θεολογεῖται, καὶ τῶν φυσιῶν πατὰ τὰ στοιχεῖα δογμάτων εἰς ἀρχηγὸς Ὅμηρος, ἐκάστῳ τινὶ τῶν μετ' αὐτὸν ἡς ἔδοξεν ἐπινοιας γεγονός διδάσκαλος. Θάλητα μέν γε τὸν Μιλήσιον<sup>9)</sup> — ἀλλ' ὁ Κλαζομένιος Ἀραξαγόρας — τοῖς Κλαζομενίοις δόγμασιν ἐπύμενος Εὐφριτίδης — ὁ γοῦν σκοτεινὸς Ἡράκλειτος — τι δ' ὁ Ἀρραιγαρτίνος Ἐμπεδοκλῆς κτλ.

<sup>9)</sup> Thaleti suggestisse Homerum placitum de aqua CRATES dixit atque adeo negavit (Diels p. 91) de Hesiodo cogitandum esse auctore, quemadmodum Zeno Citiensis voluisse. Res memorabilis. Prob. in Vergil. p. 21 K.: *Hanc quidem Thaletis opinionem ab Hesiodo putant manare, qui dixerit: «ἳ τοι μὲν πρώτιστα γάρ γένεται», αὐτὸν φέπεται.* Nam Zeno Citiensis (p. XI W.) sic interpretatur, aquam γάρ δὲ adpellatam ἀπὸ τοῦ γένεσθαι. *Quamquam eandem opinionem ab Homero possimus intelligere etc.* Latet igitur Zeno schol. in Hes. 'Theog.' v. 116 p. 220 Fl.: *καὶ φερεγίδης δὲ ὁ Σέριος καὶ Θάλης ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὄντων τὸν ὄντων γαστὴν εἶναι τὸ δητὸν τὸ τοῦ Ησιόδου ἀναλαβόντες, et ib.: οἱ δὲ (γάρ) τὸν ὄντων λέγονται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὄντων ἀναδιόμενον.* Statim inferius p. 221 Zeno citatur (p. XI W.) in hanc sententiam: *Ζῆνων δὲ ὁ στωικὸς ἐξ τοῦ ὑγροῦ τὴν ἴποστάθμην γῆν γεγενῆσθαι φησιν, τρίτον δὲ Ἐρωτας γεγονέναι κτλ.*

Demonstravit p. 91—94 Heracleonis subsidio Dielesius vetustiorem Pseudoheraclito illam quam adscriptimus philosophorum esse seriem. CRATES amabat placitorum ex Homero efferre originem (Wachsmuth. 'Mus. rhen.' 1891 p. 554). Ergo quae hoc 'Heracliti' capite explicatur disputandi materia — dictionis tumorem cave 'Heraclito' adimas coloribus rhetoricas fucato — CRATETIS esse veri iam nunc simillimum. Veritatem ipsam ut nancisci possimus, longius expatiandum est. Pertinent enim huc 'Heraclitea' nonnulla (c. 23 p. 50 Mehler) adversus Peripateticos effusa, quae eadem in Pseudoplatarchi 'De Homeri vita et poesi' libello c. 104 p. 1141 Wytt. de Aristotele eodem prorsus rerum narratarum conexu leguntur, omissa tamen omni, ille quam immiscuit, irrisione:

## 'HERACLITUS'.

*τι οὖν τὸ πέμπτον ὁ Ἡλιος; Ήντα τι καὶ περιπατητικοὶ φιλοσόφοις χαρίστηται, Όμηρος ἐπεκαλέσατο καὶ τοῦτον ἀξιοῦσι γὰρ ἐτέραν τοῦ πυρὸς εἶναι ταύτην τὴν φύσιν, ἣν κυκλοφορητικὴν ὄνομάζουσι, πέμπτον εἶναι τοῦτο στοιχεῖον ὁμολογοῦντες· ὁ μὲν γὰρ αἰθήρ διὰ τὴν κυνφότητα πρὸς τοὺς ἀνωτάτω χωρεῖ τόπους, ἥλιος δὲ καὶ σελήνη καὶ τῶν ὅμοδρόμων αὐτοῖς ἔκαστον ἀστρων τὴν ἐν κύκλῳ φορὰν δινούμενα διατελεῖ, τῆς πυρῶδους οὐσίας ἄλλην τινὰ δύναμιν ἔχοντα.*

## 'PLUTARCHUS'.

ὅπως δὲ καὶ περὶ Ἡλίου γινώσκει, οὐκ ἄδηλον, ὅτι κυκλοφορεῖται, ἔχων δύναμιν ποτε μὲν ὑπὲρ γαῖης φαίνεται, αὐθις δὲ ὑπὸ γῆν ἄπεισιν . . . καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Ζεὺς αὐτὸν παρακαλεῖ (Od. XII v. 385—386):

*'Ηέλι', ἦτοι μὲν σὺ μετ' ἀθαράτοισι φάεινε καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζειδωρον ἄρονταν. ἐξ ὧν δηλοι, ὅτι οὐ πῦρ ἐστιν ὁ Ἡλιος, ἀλλ' ἐτέρα τις κρείσσων οὐσία· ὅπερ καὶ Ἀριστοτέλης ὑπέλαβεν, εἴγε τὸ μὲν πῦρ ἐστιν ἀνωφερὲς καὶ ἀψυχον καὶ εἰδιάλειπτον καὶ φθαρτόν, ὁ δὲ Ἡλιος κυκλοφορητικὸς καὶ ἔμψυχος καὶ ἀίδιος καὶ ἀφθαρτος ('Meteor.' p. 339 a 11 sqq. Zeller II 2<sup>3</sup> p. 434).*

Prompsisse utrumque ex eodem allegoriarum Homericarum corpusculo, quod antea exscripserunt, manifestum. Quid vero? CRATETIS esse illud nonne impedit quod non plus quattuor elementa Homero idem ille reliquit? Reliquit, Wachsmuthii cuidam si fidis supple-

mento, quattuor: sin minus, ne quinarium quidem numerum ab Homero alienum opinatus est. Rem explicabimus accuratius. Ad Iliadis XV v. 189sqq. τρικτὰ δὲ πάντα δέδασται, ἔχαστος δ' ἔμμορε τιμῆς· ἵτοι ἐγὼν Ἐλαζον πολιην ἀλα ναιμεν αἰεὶ παλλο-  
μένων, Αἰδης δ' Ἐλαζε ζόφον ἡρόεστα, Ζεὺς δ' Ἐλαζ' οὐρανὸν  
εὐρὼν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλησιν· γαῖα δ' ἔτι Συνή πάντων καὶ  
μακρὸς Ὀλυμπος Venetus A hanc proposuit CRATETIS e Stesimbroto  
solutionem: *πῶς δέ φησι γαῖα δ' ἔτι Συνή — καὶ μακρὸς Ὀλυμ-  
πος;* *KRATHS* ἐν δευτέρῳ Ὁμηρινῷ καὶ Στησίμβροτος «πάντα  
οὖτας δέδασται». Testium verba ut intellegi saltem possent, ante  
πάντα inseruit (ὅτι κατὰ στοιχεῖα) e scholio T (II p. 117, 22—24)  
Wachsmuthius p. 26<sup>a</sup> 44sq. et adfirmando rem transigere quam  
argumentationis gravitate profligare maluit<sup>9)</sup>). Quid enim? Nulla  
opus est medela, dummodo litterulas in A traditas aliter ac rectius  
distinguas. Stesimbrotus Smyrnaeum natione dixit Homerum (Vit. V  
p. 31 West. — fr. 18 FHG II p. 58): quid? si psilosin aeolicam  
adhibendo «τάρτ' ἀ δέδασται» scribi iussit Stesimbrotus plaudente,  
illum qui sectabatur, CRATETE Mallota?<sup>10)</sup> Cuius sententiae augen-  
tur scholio T probabilitas adeo, ut certam et indubitatam prae-  
dicemus, ad II. XV v. 189: τινὲς «πάντις ἀ δέδασται» εἴασε δὲ τὸ  
τ, ὃς ἐν τῷ «τεττάριον λοτίν ἔχαστη» (Od. VI v. 265). Ergo totam ita  
redintegramus adnotatiunculam e CRATETE petitam: *KRATHS* ἐν  
δευτέρῳ Ὁμηρινῷ καὶ Στησίμβροτος «τάρτ' ἀ» (οὖτας) «δέδασται».  
Intercalatum οὖτως, ut scripturae novitas more solito efferretur.  
Negavit igitur CRATES, ‘omnia’ elementa inter tres Saturni filios  
distributa esse: quot Homero probata fuisse ipse censeret, ista  
notula ille non prodidit. Liberum hac de re nobis iudicium. Empe-  
doelem fuit qui quattuor ex Homero sumpsisse elementa diceret,  
alios unum indidem, etc.: idem quin Peripateticorum pentadem ab  
Homero acceptam potuit dicere? Dixerit percommodo. Ergo Aristoteles (sive Peripateticus) philosophorum seriei ‘Heraeliteae’ modo  
adscriptae accensendus est.

Quae si nondum sufficere momenta existimaveris, proxima  
perpendas quantum valitura sint. Semel enim ‘Heraclitus’ per-

<sup>9)</sup> Fisus est Wachsmuthio Schraderus ‘Porphyri.’ I p. 204. Cf. ib. p. 405<sup>2</sup>.

<sup>10)</sup> In vitam Homeri V Stesimbroti de patria poetae testimonium per  
CRATETEM, qui et ipse de tempore citatur ibidem, pervenisse censendum est.  
Item alia.

allegoriarum syllogam CRATETEM appellavit c. 27 p. 58 sq.: καὶ ταῦτα μὲν περὶ Ἡφαιστον (de re Lemnia primo Iliadis libro narrata) φιλοσοφητέον. ἐώ γὰρ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡς τερατεῖαν τινὰ τὴν ΚΡΑΤΗΤΟΣ φιλοσοφίαν, ὅτι Ζεὺς ἀναμέτρησιν τοῦ παντὸς ἐσπουδακῶς γενέσθαι δύο πυρσοῖς ἰσοδρομοῦσιν, Ἡφαιστῷ τε καὶ Ἡλίῳ, διετεκμήρατο τοῦ κόσμου τὰ διαστήματα, τὸν μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ βῆλου καλουμένου ἔτιψας<sup>11)</sup>), τὸν δ' ἀπ' ἀνατολῆς εἰς δύσιν ἀφεὶς φέρεσθαι. διὰ τοῦτο ἀμφότεροι καὶ συνεχρόνισαν· ἀμαγὰρ Ἡλίῳ καταδύντι κάππεσεν Ἡφαιστος ἐν Δίμυρῳ τούτῳ τοίνυν, εἴτε κοσμική τις ἀναμέτρησις, εἴτ' (ὅτι μᾶλλον ἀληθές) ἐστιν ἀλληγορικὴ τοῦ καθ' ἡμας πυρὸς ἀνθρώποις παράδοσις, οὐδὲν ἀσεβὲς περὶ Ἡφαιστον παρ' Ομήρῳ λέλεκται<sup>12)</sup>). Vides quomodo cum CRATETE egerit 'Heraclitus': etiamsi mirificum viri interpretationum improbat atque derideat adeo, nihilominus non propulsat sed dubitanter cohibet iudicium. Multum CRATES apud illum auctoritate valuisse censendus. Proinde exspectamus firmiter, alibi etiam pluriens Heraclitum CRATETIS allegorias Homericas expilasse.

Ipsum illud modo absolvimus caput interno vinculo cum praecedenti configatur. δύο πυρσοῖς ἰσοδρομοῦντας Vulcanum et Solem CRATES esse voluit c. 27, idem hoc per disputationem c. 26 sparsum esse ultro intellegitur. Claudicat Vulcanus Homericus (Il. I v. 592 sqq.); καὶ τούτοις δ' ὑποκρύπτεται τις Ομήρῳ φιλόσοφος νοῦς· οὐ γὰρ πλάσμασι ποιητικοῖς τοὺς ἀκοίοντας τέρπιων ἀτίκα χωλὸν ἡμῖν παραδέδωκεν Ἡφαιστον, τὸν ἐξ Ἡρας καὶ Διὸς μυθούμενον παῖδα — τοῦτο γὰρ ἀπρεπὲς ὄντως ἴστορεν περὶ θεοῦ — ἀλλ', ἐπεὶ ή τοῦ πυρὸς οὐσίᾳ διπλῆ, καὶ τὸ μὲν αἰθέριον (ὧς ἔναγγος εἰρήκαμεν c. 23) ἐπὶ τῆς ἀγωτάτῳ τοῦ παντὸς αἰώρας οὐδὲν ὑστεροῦν ἔχει πρὸς τελειότητα, τοῦ δὲ παρ' ἡμῖν πυρὸς ή ὑπὸ πρόσγειος οὖσα φθαρτὴ καὶ διὰ τῆς ὑποτρεφούσης παρ' ἔκαστα ζωτικουμένη, διὰ τοῦτο τὴν μὲν συνεχῶς ὁξυτάτην φλόγα Ἡλίου τε καὶ Δια προσαγορεύει, τὸ δ' ἐπὶ γῆς πῦρ Ἡφαιστον,

<sup>11)</sup> Quintus Smyrnaeus sese Crateti addixit XIII v. 483: βῆλον ἐς ἀστερόεντα Θυτήριον ἀντέλλεισον.

<sup>12)</sup> Crateti istam allegoriam componenti obversabatur fabula de aquilarum pari ad metiendum mundi spatium emissio delphica. Ad Pindari 'Pyth.' IV v. 6 χρονέων Διὸς αἰγτῶν πάρεδρος (Pythia) scholiasta notavit: λόγος τις τοιούτος περιηγεῖται, ὅτι ὁ Ζεὺς τὸ μεσαίτατον τῆς οἰκουμένης καταμετρήσυσθαι βουληθεῖς ἵσσονς κατὰ τὸ τάχος ἀετοὺς ἐκ δύσεως καὶ ἀνατολῆς ἀφῆκεν κτλ.'

έτοιμως ἀπτόμενόν τε καὶ σθεννύμενον· ὅθεν εἰκότως πατὰ σύγχρισιν ἐκείνον τοῦ ὀλοκλήρου τοῦτο γερόμισται χωλὸν εἶναι τὸ πῦρ.<sup>13)</sup> Idem vero etiam per 'Deorum proelium' c. 57 sqq. p. 117 Mehl. dissipatum est: Vulcanum ignem mortalem, Solem esse Apollinem. Quae ita inter se cohaerent, ut eripi CRATETI nullo pacto inde quicquam possit.

Ad aliud transimus. CRATETEM 'Heraclitus' de mundi mensura hariolantem redargnit cavillando, nec vero ipse a persimili ineptiarum genere cavit aliunde accepto c. 36 p. 73 sq.:

HERACLITUS.

SCHOL. VEN. A

in II. VIII v. 16.

σειρὰν δ' ἀπήρησεν ἀπὸ τοῦ αἰθέρος  
(II. VIII v. 19—27) ἐπὶ πάντα χρυσῆν.  
οἱ γὰρ δεινοὶ τῶν φιλοσόφων περὶ<sup>14)</sup> ταῦτα<sup>14)</sup> ἀνάμματα πυρὸς εἶναι τὰς τῶν  
ἀστέρων περιόδους τομῆζοντιν· τὸ δὲ  
σφαιρικὸν ἡμῖν τοῦ κόσμου σχῆμα δι'  
ἔννος ἐμέτρησε στίχου «τόσσον ἔνεργος<sup>15)</sup>  
Ἄιδεω, ὃσον οὐρανός ἔστιν ἀπὸ γαῖης»  
(ib. v. 16). μεσαιτάτῃ γάρ ἀπάντων ἔστια  
τις οὐσία καὶ δίναμιν κέντρου ἐπέχουσα  
παθίδονται βεβαιώς ἡ γῆ πᾶσα, πύκλῳ  
δ' ὑπὲρ αὐτὴν ὁ οὐρανὸς ἀπαύστοις περι-  
φραγαῖς ελλούμενος ἀπ' ἀνατολῆς εἰς  
δύσιν τὸν ἀεὶ δρόμον ἐλαίνει, συγκαθ-  
έλκεται δ' ἡ τῶν ἀπλανῶν σφαῖρα.  
πᾶσαι γε μὴν αἱ ἀπὸ τοῦ περιέχοντος  
ἄρω καὶ κάτω πύκλου φρούμεναι πρὸς  
τὸ κέντρον εὐθεῖας κατ' ἀραγωγὰς εἰσιν  
ἀλλήλαις ἵσαι. διὰ τοῦτο γεινιεργοῦ  
θεωρίᾳ τὸ σφαιρικὸν σχῆμα διεμέτρησεν  
εἰπὼν «τόσσον ἔνεργος<sup>15)</sup> Άιδεω, ὃσον οὐ-  
ρανός ἔστιν ἀπὸ γαῖης».

διὰ δὲ τούτων σφαι-  
ροειδῆ τὸν κόσμον συνί-  
στησι

κέντρου λόγον ἐπέχουσαν  
εἰσαγαγὼν τὴν γῆν

καὶ τὰς ἀπ' αὐτῆς ἐν-  
βαλλομένας εὐθεῖας εἰς  
ἐξάτερα τὰ πέρατα ἵσας  
λέγων εἶναι<sup>15).</sup>

<sup>13)</sup> Exscripsit 'Heraclitum' schol. Ven. B\* ad II. I v. 591 (III p. 80 sq. Dind.).

<sup>14)</sup> Cf. c. 7 p. 12 M. Απολλοδώρῳ περὶ πᾶσαν ἴστοριαν ἀνδρὶ δεινῷ.

<sup>15)</sup> Verba διὰ τούτων — ἵσαι εἶναι in scholia Hesiodea p. 274 Fl. (ad 'Theog.' v. 721) transierunt (nisi quod τοῦτο male et scribitur et edituri simul cum schol. Townleyano infra exscripto. Nec haec nēc alia pariter inter se

Auctorem Heraclito et scholiastae communem Aristarchus refutavit schol. T ad l. c.: ὡς *〈τὰ〉 οὐράνια τρία διαστήματα ἔχει*, ἀέρα μέχρι νεφελῶν, εἶτα αἰθέρα μέχρι τῶν φαινομένων καὶ τῆς Αἰώνος ἀρχῆς, οὗτα καὶ ἀπὸ γῆς εἰς Ήιδον, ἀπὸ δὲ Ήιδον εἰς Τάρταρον. δῆλον δέ, ὅτι οὐ σφαιροειδής ἡ γῆ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ἀλλ' ἐπικεδός (Lehrs p. 174). Ambigi ne vix quidem potest, quin CRATETIS commentum adepti simus: globosam ille terram ab Homero creditam esse mordicus defendit (cf. ex. gr. p. 42 Wachsm.)

Ad insignem 'Heracliti' eclogam c. 43—51 pergitimus. Achillis clipeo libro XVIII Iliadis descripto mundi effigiem exprimere poetam voluisse demonstraturus ab elementis incipit: νῦν δὲ τὰ τέτταρα στοιχεῖα κίρναται· καὶ χρυσὸν μὲν ὠνόμασε τὴν αἰθεριώδη φύσιν, ἄργυρον δὲ τὸν αὐτὴν τῇ χροῖς συνυμοιούμενον ἀέρα· χαλκὸς δὲ καὶ κασσίτερος ἕδωρ τε καὶ γῆ προσαγορεύεται διὰ τὴν ἐν ἀμφοτέροις βαρύτητα. Furatum illa esse 'Heraclitum' adsumpto Probo aperitur comm. in Verg. 'Georg.' I v. 244 p. 42 sq. Keil.: *Si tamen velimus omnem diligentiam in examinandis Homeri carminibus adhibere, fortassis ibi quoque descriptionis huius ordinem possimus invenire. Clipeus enim Achillis quinque orbibus intextus fuit, quorum sic meminit (Il. XX v. 269—272):*

αἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς  
ἥσαν, ἐπεὶ πέντε πτύχας ἥλασε Κυλλοποδίων,  
τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔγδοθι κασσίτεροιο,  
τὴν δὲ μίαν χρυσέην· τῇ δὲ ἔσχετο χάλκεον ἔγχος.

*Nam examinemus colorem metallorum et conditionem zonarum, et poterimus recte comparare, ut cassiterinas (id est plumbi albi) zonas dixerit septentrionalem et australē, ut scilicet frigidas*

---

repugnantia distinguere editori novissimo placuit. Homero explicando (Il. VIII v. 13) adscriptum etiam scholium fuit ad Hesiodi 'Theog.' v. 119 Τάρταρά τ' ἡερόεντα] τὰ διήκοντα μέχρι τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς. «ἡερόεντα» δὲ σκοτεινά . . . ἀπὸ τοῦ ταράττεσθαι, ἐπειδὴ (ὡς φασιν) ἔως ὅδε εἶπε τὰ δ' στοιχεῖα. ἐν πρώτῳ γὰρ (scil. in Scuto v. 255, quod conlectionis cuiusdam Hesiodeae apud Tzetzam p. 17 Gaisf. indicatae primum fasciculum effecit) Τάρταρα τὰ ὑπόγεια μέρη λέγει, τα διηγλά, ἀπὸ τοῦ τρόμον ἐμποιεῖν. Quocum componas Stephanum s. v. Τάρταρος] **KΡΑΤΗΣ** τὸν ὑπὸ τοῖς πόλοις ἀέρα παχύν τε καὶ ψυχρόν τινα καὶ ἀφωτιστον, Ὅμηρος δὲ τόπον εἶναι συνέχοντα τοὺς περὶ Κρόνον . . . λέγεται δὲ (καὶ codd.) παρὰ τὸ ταράσσειν ταρταρίζειν τὸ ταράσσεσθαι. Adscriptus Stephanum, quia ultima de veriloquio atque scholium Hesiodeum prætermisit Wachsmuthius p. 41.-

*et cana nive oppletas, aereas autem, quae refulgent, habentes temperaturam candoris et rutili coloris dixerit aestivalem et hiemalem, auream autem sine dubio igneam. Nam est sic dictum «ferit aurea sidera clamor» (*Aen.* II v. 488) et a Pindaro (*Olymp.* I v. 1) «ὅ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ», et Vulcanus ut ignis deus virium suarum beneficium in illa zona involverit, ut aurum clipeo superponeret. Quid plura? Ratio illa, etsi fortasse non inventa, at omnium certe maxime a CRATETE adhibita CRATETEAE fabricae documento est. Agamemnonis scutum et ipsum mundi CRATES simulacrum dixit et versibus II. XI 32 sq. «ἄν δέ ξετέ ἀμφιβρότην πολυδαιδαλὸν ἀσπίδα θοῦριν παλήν, ἦν πέτρι μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ἡσαν» quinque cingulos ἀσπιτιόν Θερινὸν τροπικόν ἰσημερινὸν τροπικόν ἀνταρκτικόν et κολούρους γαλαξίαν ζῳδιακόν δολοζοντα significatos esse contendit (Eustath. p. 828, 39; Wachsmuth. p. 42). Talia qui admisit, eum de prorsus eiusdem modi interpretamento illo Homericō, a quo profecti sumus, interrogari oportet. Sed scrutemur cetera<sup>16)</sup>.*

Πρώτη δ' ἀπὸ τούτων τῶν στοιχείων — pergit c. 43 p. 92 'Heraclitus' — ἀσπὶς ἵπ' αὐτοῦ χαλκεύεται σφαιροειδὲς ἔχουσα τὸ σχῆμα, ἵφ' οὐ τὸν κόσμον ἡμῖν ἐμρανῶς ἐσήμηνεν· ὃν οὐκ ἀπὸ τῆς διπλοποιίας μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἄλλων τεκμηρίων ὑφίσταται κυ-  
κλοειδή. συντόμως δ' ἐν παρεκβάσει τὰς ὑπὲρ τούτων φιλοτεχνοῦντες ἀποδεῖξις δηλώσομεν. Ac primum quidem Solis et noctis epithetis Homericis utitur ad perversa veriloquia revocatis, deinde motibus ventorum (c. 44—47). Solaria mittamus: quae de nocte 'veloci'

<sup>16)</sup> Quae cum ita sint, quaerimus an CRATETIS sit, quod Sextus Empiricus 'Adv. math.' IX p. 399 Bekk. servavit: καὶ τὸν Τυνδαρίδας δέ φασι τὴν τὸν διοσκούρων δόξαν ὑπελθεῖν πάλιν νομιζομένων εἶναι θεῶν· τὰ γὰρ δύο ἡμι-  
σφυρία, τὸ τε ὑπὲρ γῆν καὶ τὸ ὑπὸ γῆν, Διοσκούρους οἱ σοφοὶ τῶν τότε ἀνθρώπων ἔλεγον. διὸ καὶ διὰ ποιητὴς τοῦτο αἰνιτόμενός φησιν ἐπ' αὐτῶν (Od. XI v. 303—304).

ἄλλοτε μὲν ξώνος' ἐτερόμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε  
τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἵσι θεοῖσιν.  
πίλονς τ' ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀστέρας, αἰνισσομένοι τὴν τὸν  
ἡμισφυρίων κατασκευὴν· οἱ μὲν δὴ σύτως ὑποδραμόντες τὴν τῶν θεῶν τιμὴν  
ἐνράτησάν πως τῆς προθέσεως πτλ. Aliter scholia in Odysseam (= Pseudo-  
eratosth. 'Catast.' p. 86 ab editori omisso) II p. 502 Dind.: ἐτερόμεροι] .. τούτο  
δέ φασιν. ἐπειδὸν τούτοις (αὐτοῖς codices) εἴσιν οἱ Αἰδηνοὶ καὶ γινόμενοι ὑπὸ γῆν  
δοκοῦσι τεθνάνειν, ἀνατέλλοντες δὲ δοκοῦσι ζῆν πτλ. — Suidas s. v. ἀστήρ  
Homeri ἐπαιγίζων refert ad Capellae sidus, cf. Schraderi 'Porph.' I p. 40<sup>1</sup>.

profert, eadem in scholiis in Iliadem Parisinis addito CRATETIS nomine leguntur. Mirandum esset, quod res non manifesta tantum sed et ad 'Heraclitum' et ad CRATETEM gravissima ignorari videtur, nisi a Wachsmuthio fragmentum Parisinum contractum nimis esset et obscuratum. Integrum frustum cum 'Heraclito' componimus:

HERACLITUS c. 45.

SCHOL. PAR. II. X

v. 394 (Cramer III p. 13).

ἢ τε 'θοὴ νῦξ' οὐκ ἄλλο τι σημαίνει πιλῆν τὸ σφαιροειδὲς ὅλου τοῦ πόλου σχῆμα· τὸν γὰρ αὐτὸν ἡλίῳ δρόμον ἡ νῦξ ἀνύει, καὶ πᾶς καταλειφθεὶς ὑπὲρ ἐκείνου τόπος ὑπὸ ταύτης εὐθὺς ἐκμελάνεται. σαφῶς γοῦν ἐτέρωθί που τούτῳ μηνύών φησιν (Il. VII v. 485 sq.).

ἐν δ' ἔπεισ' Ὡκεανῷ λαμπτρὸν φάσι  
ἡελοῖο

ἔλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζειδωρον  
ἄρουραν.

ῶσπερ γὰρ ἀπηρτημένην ἑαυτοῦ τὴν νύκτα κατόπιν ἐφέλκεται συγχροῦσαν (συγχροῦσαν νελ σύγχρονον οὖσαν testes: corr. Schow) τοῖς ἡλίον τάχεσιν. εἰκότως οὖν αὐτὴν Ὄμηρος εἴρηκε «θοήν».

δύναται γε μὴν πιθανώτερόν τις ἐπιχειρῶν 'θοήν' ὀνομάζειν μεταληπτικῶς, οὐ τὴν κατὰ κίνησιν ὀξεῖαν, ἀλλὰ τὴν κατὰ σχῆμα· καὶ γὰρ ἐτέρωθί που (Od. XV v. 299) φησιν «ἔνθεν δ' αὖ νήσουσιν ἐπιπροέηκε θοῆσιν», οὐ τὸ τάχος τῶν ἔφοιζωμένων νήσων ἡλιθίως δηλῶσαι ἐσπουδακώς, ἀλλὰ τὸ σχῆμα πρὸς ὅξν ἀπολήγονταν ἀποτελοῦν γραμμήν. εἰκὼς οὖν 'θοὴν νύκτα' λέγεσθαι τὴν ἐπ' ὅξν τέλος τῆς ἐσχάτης σκιᾶς ἀποτερματίζονταν. φυσικῶς δὲ διὰ τούτου τοῦ λόγου ἀποδείκνυσιν, ὅτι σφαιροειδῆς ἐστιν ὁ κόσμος. τριχῇ γὰρ οἱ μαθηματικοὶ (velut cf. Cleomedes p. 216 Ziegler) τὰ

δέ γε KΡΑΤΗΣ καὶ  
ἐν τῇ τοιαύτῃ φιλοσοφίᾳ  
τὸ 'θοή' ἐπὶ ταχείας  
τιθησι, λέγων ἃς ἡ νῦξ  
σκιὰ τῆς γῆς οὖσα ἴσο-  
ταχῶς κινεῖται τῷ ἡλίῳ  
διώκοντα οἶον καὶ διω-  
κομένη.

SCHOL. OD. XV v. 299.

θοῆσιν] μεταληπτικὸν  
ἐν τοῦ κατὰ κίνησιν  
ὅξεος ἐπὶ τὸ κατὰ σχῆμα  
HV.

SCHOL. PAR.

ἢ μάλιστα φιλοσόφως  
τὴν κωνοειδῆ καὶ εἰς  
θοὸν ἦτοι εἰς ὅξν λη-  
γούσαν.

σχήματα τῶν σπιῶν φασιν ἀποκίπτειν.  
 ἐπειδὴν ἔλαττον ἡ τὸ καταλάμπον φῶς  
 τοῦ καταλαμπομένου τόπου, τὴν σπιὰν  
 συμβέβηκε καλαθοειδῶς ἐπὶ τὴν ὑστάτην  
 πλατύνεσθαι βάσιν ἀπὸ λεπτῆς ἀνιστα-  
 μένην τῆς κατὰ κορυφὴν ἀρχῆς. ὅταν  
 δὲ μεῖζον ἡ τὸ καταλάμπον φῶς τοῦ  
 καταλαμπομένου τόπου, κωνοειδῆ σιμ-  
 βέβηκε τὴν σπιὰν ἀπὸ πλατείας τῆς  
 ἀρχῆς εἰς λεπτὸν ἀποστενόσθαι πέρας.  
 ἐπειδάν γε μὴν ἵσον ἡ τῷ καταλαμ-  
 πομένῳ τὸ καταλάμπον, κυλίνδρον δίκην  
 ἡ σπιὰ πρὸς ἵσον ἐν ταῖς ἐπατέρωθεν ἔχει  
 γραμματίς. Βουλόμενος οὖν Ὁμηρος τὸν ἥλιον ἀλληγορικῶς μεῖζονα  
 τῆς γῆς κατὰ τὴν τῶν πλειστων φιλοσόφων ἔννοιαν ἀποδεῖξαι  
 εὐλόγιος «Θοήγ» τὴν νύκτα προσηγόρευεν εἰς ὅξὺ τὸ πρὸς τῷ  
 πέρατι σχῆμα λήγονταν, ἀτ' (οἷμαι) μήτε κυλινδροειδῶς μήτε  
 καλαθοειδῶς τῆς σπιᾶς πίκτειν δυναμένης. ἀλλὰ τὸν λεγόμενον  
 κῶνον ἀποτελούσης. ὁ δὴ πρῶτος Ὁμηρος ἐν μιᾶς λέξεως ὑπαιτ-  
 ξάμενος τὰς μιφίας τῶν φιλοσόφων ἀμίλλας ἐποτέτμηκεν. Hactenus  
 ille. Hinc adparet liquido, compilatum cum alio allegoriarum  
 scriptore stoico<sup>17)</sup> (vel pluribus etiam) CRATETEM praesto fuisse  
 et scholiastae Parisino et 'Heraclito'. Quatenus iudicare est, de  
 suo hic nihil omnino adiecit, ut, quod male de allegoretiae indole  
 existimaverunt Dielesius et Muenzelius ('De Apoll. περὶ Θεῶν'  
 p. 6 sqq.), novo argumento stabilitum sit.

Alterum globosae telluris formae quod produxit indicium  
 'Heraclitus' ad contrariorum ventorum motum pertinet. Consen-  
 taneum est ne hoc quidem esse ab 'Heraclito' inventum et con-  
 firmatur, ut obloqui nequeas, a Porphyrio (ad II. XIV v. 200 I p. 190  
 Schrader), ubi vel ipsa Ephesii Heracliti verba, quae circumscrip-  
 sissem falsarius satis habuit (c. 48 p. 101 Mehler), integra ita proferun-  
 tur: ταντὶ μὲν οὖν ἀθρόα τεκμήρια τοῦ σφαιροειδῆ τὸν κόσμον  
 εἰραι παρ' Ὁμέρῳ<sup>18)</sup>. τὸ δὲ ἐναργέστατόν ἐστι σύμβολον ἡ τῆς

<sup>17)</sup> Cf. c. 7 p. 12, ubi idem usu venit. De Apollodoro 'Heracliti' auctore  
 cf. Muenzelii libellum p. 1 sqq.

<sup>18)</sup> Certe omisit haud pauca. Velut Porphyrius I p. 152 ad II. X 252—3  
 ἀστρα δὲ δὴ προβέβηκε, παρόγγηκεν δὲ πλέων νῦν τῶν ὄντων μοιράων] . , το

Ἄχιλλέως ἀσπίδος κατασκευή. κυκλοτερὲς γὰρ τῷ σχήματι πεχάληνευκεν ὅπλον "Ἡφαιστος ὡσπερ εἰκόνα τῆς κοσμικῆς περιόδου ... νῦν δ' Ὁμηρος ἴδιᾳ τινὶ φιλοσοφίᾳ δημιουργῶν τὸν κόσμον εὐθὺς τὰ μέγιστα τῆς προνοτας ἔργα μετὰ τὴν ἀδιευκρίνητον καὶ πεγμένην ὑλὴν ἐχάλκευσεν (Il. XVIII v. 483 sq.)."

Ἐν μὲν γαῖαν ἔτενξ<sup>19)</sup>, ἐν δ' οὐρανόν, ἐν δὲ θάλασσαν  
ἡέλιον τ' ἀκάμαντα σελήνην τε πλήθουσαν.

ἡ τῆς κοσμικῆς γενέσεως είμαρμένη πρώτον Θεμέλιοῦχον ἐιρότησε  
τὴν γῆν· είτα ἐπὶ ταύτῃ, καθάπερ τινὰ θείαν στέγην, τὸν οὐρανὸν  
ἐπωρόφωσε, καὶ κατὰ τῶν ἀναπεπταμένων αὐτῆς κόλπων ἀθρόαν  
ἔχεε τὴν θάλατταν, εὐθὺς δ' ἡλιος καὶ σελήνη τὰ διακριθέντα  
τῶν οτοιχείων ἀπὸ τοῦ πάλαι χάσους ἐπώτισεν (ib. v. 485).

Ἐν δὲ τὰ τείχεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.

δι' οὐ μάλιστα σφαιροειδῆ παραδέδικτεν ἡμῖν τὸν κόσμον. ὡσπερ  
γὰρ ὁ στέφανος κυκλοτερῆς τῆς κεφαλῆς κόσμος ἐστίν, οὕτω τὰ  
διεζωπότα τὴν οὐράνιον ἀψίδα πατὰ σφαιροειδοῦς ἐπηρμένα σχή-  
ματος εἰσότως οὐρανὸν στέφανος ἀνόμασται. Scriptura versus  
485 defenditur et Zenodoto et Aristarcho adversa: Ζηνόδοτος «οὐρανὸν ἐστεφάνωται», Άρισταρχος «οὐρανὸν ἐστεφάνωται» Venetus A, cui fidem perperam Wolfius ('Prol.'<sup>2</sup> p. 146) et Ludwichius ('Ari-  
starchs homeriche Textkritik' I p. 434) abrogarunt. Deducti in  
castra crisi Aristarchae hostilia iam intueamur, si placet, quid  
de Oceano auctor censeat 'Heracliti.' Mare dicit ille (non fluvium,  
ut Aristarchus: Lehrs<sup>20)</sup> p. 174) sinus quosdam emitens: Cleanthenm  
hoc<sup>19)</sup>, verum etiam CRATETEUM Macrobius teste (comm. in 'Somn.  
Scip.' II 9, 1 sqq.)<sup>20)</sup> novo codicis Genevensis insuper scholio firma-

---

δε «προβέβηκε» δῆλοι «προκεχώρηκεν εἰς δύσιν» . . εἰ δέ τις ἐπιζητεῖ, πῶς οὐκ  
ἀνόμαστε τὰ δύστρα, ἵστω ὅτι τῷ ἐπειγομένῳ ἐπὶ ἔργον οὐχ ἥρμοζεν ἀδολε-  
σχεῖν (consimile dictum aliucibi a CRATETE notavimus). φαίνεται δὲ ἐκ τούτων  
Οἰαρος καὶ σφαιροειδῆ τὸν κόσμον εἰδὼς· οὐ γὰρ οἶδον τε τὰ μὲν δύνεν τὰ  
δὲ ἀνατέλλειν, μὴ οὐχὶ ὅπλη γῆν τοῦ ἡλίου φερομένου καὶ ὑπὲρ γῆν ἀνίσχοντος.  
εἰδὼς δὲ καὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν μέγεθος καὶ ἡλίου κίνησιν οἶδεν ἀφιβώς,  
ὅτι κατὰ τὰς τούτους δύσεις καὶ ἀνατολαὶς ἡ νῦν ὄριζεται κατὰ τὴν ἡμέραν.  
Quantum ex antecedentibus CRATETUS sit, non dixerimus. Alia id genus CRATETEA,  
cum omnia conquerere non huius loci sit, praeteribimus consulto.

num Dionysiaca sua ex Neoptolemo sumpserit Dionysius. Responderi quaestioni nequit omni fere argumentandi materia destitutae praeter hoc unum, indicam Bacchi expeditionem etiam Neoptolemum videri enarrasse. Hinc veremur ne decipientur, qui inde ab Euphorione demum Chalcidensi cani coeptam esse Bacchi de Indis victoriam nuntiaverint. Cautius A. Dieterichius 'De hymnis orphicis' (Marpurgi 1891) p. 52 iudicavit, Neoptolemum et ipse sive non curans consulto sive ignorans.

---

<sup>47)</sup> Cf. v. 555 ἀλλαι (insulae) δ' Ὡχεανοῖο παρὰ ρόον ἐστεφάνωται. Verbum eadem versus sede Ilias habet XVIII v. 485 ἐν δὲ τὰ τελεα πάντα, τὰ τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται. Cuius versiculi meminit qui 'Phaen.' v. 567 (cf. p. 105) «Ωχεανός, τὰ τε πολλὰ περιστέφεται ἐοῖ αὐτῷ» scripsit pro «περιστρέφεται». — «οὐρανὸς ἐνδέθεται» fecit Leonidas Tarentinus 'Anth. Pal.' IX 25.



## V. DE ARATI SCRIPTIS DEPERDITIS.



## 1. ΑΣΤΡΙΚΑ.

Aratum *ΑΣΤΡΙΚΑ* composuisse Tzetza testis est. Cuius téstimoniū et probae notae esse et antiquae Cornutus monstrabit iuxta locatus.

TZETZES in Hesiodi ‘Opp.’ p. 23 G.

CORNUTUS ‘Theol.’

p. 14 L.

Ἐννέα εἰσὶν αἱ Μοῦσαι, ὅτι τετράγωνος καὶ στερεός ὁ ἐννέα ἐστὶν ἀριθμός. τοι-  
αῦται δὲ καὶ αἱ γνώσεις, διότι ὁ ἐννέα πολλάκις πολλά ἐστιν . . . ἀλλ’ Εὔμηλος  
5 μὲν ὁ Κορινθίος (fr. 17 K.) τρεῖς φησιν εἶναι Μούσας, θυγατέρας Ἀπόλλωνος,  
Κηφισοῦν Ἀπολλωνίδα Βορυσθενίδα,  
Ἄρατος δὲ ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ΑΣΤΡΙ-  
ΚΩΝ τέσσαρας λέγει, Διὸς τοῦ αἰθέρος  
10 καὶ Πιερίας νύμφης, «Ἀρχὴν *καὶ* Μελέ-  
την *καὶ* Θελξινόν καὶ Αοιδήν». τινὲς δὲ πέντε αὐτὰς εἶναι φασι καὶ ὄνόματα  
ἔχειν τῶν πέντε αἰσθήσεων. Ἐπίχαρμος  
δὲ ἐν τῷ τῆς “Ηβης Γάμῳ” (fr. p. 129  
15 a Lorenzio tractatum) ἔπιτα λέγει, θυγα-  
τέρας Πιέρου καὶ Πιμπλῆδος νύμφης, Νει-

ἐννέα δ’ εἰσὶ διὰ τὸ τετραγώνος, ὡς φησί τις, καὶ περιττοὺς τοὺς προσέχοντας αὐταῖς ἀποτελεῖν· τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ τινῶν ἐννέα ἀριθμός, συνιστάμενος κατὰ τὸ ἐφ’ ἑαυτὸν γενέσθαι τὸν πρῶτον ἀπὸ τῆς μονάδος τελει-  
ότητος τινος μετέχειν δοκοῦντα ἀριθμόν. λέ-  
γονται δὲ παρά τισι καὶ δύο μόναι εἶναι,  
παρ’ οἷς δὲ τρεῖς, παρ’ οἷς δὲ τέτταρες,

7 κηφισοῦν vel κηφιδοῦν Gaisfordii codices, κηφισιοῦn Ruhnkenii codex ‘Opusc.’ II p. 609 || θορυσθενίδα vel ἐρυσθενίδα vel ὀρυσθενίδα Gaisfordii codices. Ceterum hinc alterum Eumeli fragmentum 16 K. discreparet, si modo nudum Eumeli nomen ibi intactum est || 8, 9 Ἰατρικῶν male coni C. Frey ‘Mus. rhen.’ 1858 p. 134 || 10 Πιερίας tentavi cf. Hesiod. ‘Opp.’ v. 1: πλονσίας, quod hexametro respuitur, Tzetzes || inserto *καὶ* duplice versum refecit Grauertus ‘Mus. rhen.’ 1827 p. 343 || 16 accusativos ionicos Κηφισοῦν Ἀσωποῦν Νειλοῦν neque Eumelo neque Epicharmo (qui fixisse ipse ista Musarum nomina videatur ut Empedocles Siculus Genios v. 393 sqq. p. 81 Stein, Diels ‘Sitzungsb. der Berl. Ak.’ 1884 p. 363, Preller ‘Griech. Mythol.’ I<sup>3</sup> p. 407, cf. G. Hermanni et Buttmanni commentationes ad l. 17 citatas) sed ei vindicamus auctori, unde totus ille de Musis commentariolus originem duxit, cf. infra.

λοῦν Τριτώνην Ἀσωποῦν Ἐπταπόδην Ἀχε- παρ' οἷς δὲ ἐπτὰ πτή-  
λωίδα Ἀλιακμοῦν καὶ Ροδίαν. παρὰ δὲ 20  
Ἡσιόδῳ ἐν Θεογονίᾳ (v. 76 sqq.) ἐννέα  
λέγονται εἶναι Κλειώ Θάλεια Εὐτέρη  
Τεφυχόη Ἐρετώ Πολύμνια Μελπομένη  
Οὐρανία καὶ Καλλιόπη.

17 ἐπταπόδην vel ἑπταπόλην Gaisfordii codices: illud scribendum Berg-  
kius ad Pindari 'Olymp.' III 4 (I p. 70) censuit; cf. G. Hermanni 'Op.' II p. 290  
et Buttmanni 'Myth.' I p. 274 || 18 tentavi ex Hesiodi 'Theogonia' v. 349,  
ut aliquid fieret, Πενταλοῦν coni G. Hermannus, Τίτανοῦν coni Bergkius:  
τιπόπλουν vel τιπόπλουν Gaisfordii codices.

Pergit Tzetzes p. 24 G.: καὶ τινες μὲν πάσας, ὃς ἔφασαν Μού-  
σας, παρθένους εἶναι φασιν, τινὲς δὲ τὰς λοιπὰς μόνας χωρὶς  
τῶν παρ' Ἡσιόδῳ ἐννέα. Sequitur Musarum progenies, in qua  
Linus Orpheus Sirenes comparent. Eodem igitur fonte qui hauserit  
tertius scholiasta Vergiliianus accedit ad 'Aen.' I v. 8: *Sane Musas  
multi novem, multi septem dixerunt... Has alii virgines per-  
hibent (nam ideo et porcam eis sacrificari aiunt, quod mul-  
tum pariat), alii eis etiam filios dant, Orpheum Linum Si-  
renes, alii has octo, ut Athenis visuntur, alii quattuor dicunt,  
alias Boeotias, alias Attidas, alias Siculas. Has Musas  
Siculus Epicharmus non Musas, sed ὄμοροοιςας dicit* (fr. inc.  
131 p. 292 Lor.). Aratus cur quattuor Musas numeraverit, incog-  
nitum. Nec tamen putandus est arbitrio suo indulsisse: Paus. IX  
29, 2 οἱ δὲ τοῦ Ἀλιέως παῖδες ἀριθμόν τε Μούσας ἐνόμισαν  
εἶναι τρεῖς καὶ ὀνόματα αἵταῖς ἔθετο Μελέτην καὶ Μνήμην καὶ  
Ἀοιδήν. Post Aratum Mnaseas Musarum numerum quaternarium  
dicitur constituisse ab Arnobio ('Patrol. lat.' I 5 p. 988 Migne), at-  
tamen immerito, schol. in 'Iliad.' II v. 671 ('Anecd. Oxon.' I ed.  
Cramer. p. 277 = fr. 15 Mehler.): ἀπὸ μιᾶς αἱ πάσαι (Musae) λέ-  
γονται. Μνασέας δέ φασι, ὅτι αἱ πάσαι τρεῖς εἰσιν, Μοῖσα  
Θεὰ Ύμνώ. ἐν μὲν οὖν Ἰλιάδι μεμνῆσθαι τῆς Θεᾶς — «μῆνιν  
ἄειδε Θεά» — ἐν δὲ τῇ Ὁδυσσείᾳ τῆς Μούσης — «ἄγδρα μοι ἐν-  
τείπε Μοῦσα», — ἐν δὲ τῇ Παλαιμῆδει τῆς Ύμνοῦς (p. 32 K.).  
Hinc, etsi magnopere verendum est ne ipsum scriptorem  
commissio liberemus, periclitanda in Arnobio correctio est: *Musas  
Mnaseas est auctor* (fr. 16 M.) *filias esse Telluris et Caeli,*

*Iovis ceteri praedicant ex Memoria uxore vel Mente. Has quidem virgines, alii matres fuisse conscribunt. Libet enim iam paucis etiam illas partes attingere, quibus aliis aliud eadem de re dicere opinionum diversitate monstramini. Ephorus (fr. 162 Muell.) has igitur numero esse tres effert (item vel et > Mnaseas<sup>1</sup>), quem supra diximus. (Aratus)<sup>2</sup> quattuor, Myrtilus inducit septem, octo asseverat Crates (p. 71 Wachsm.), ad extremum Hesiodus ('Theog.' v. 76) novem cum nominibus prodit, diis caelum et sidera locupletans<sup>3</sup>). Confidenter Arnobium enarratori Hesiodeo et Cornuto et scholiastae Vergiliano quartum adnumeramus. Scriptorem stoicum indoles eclogae, tempus illud monstrare videtur, quod Cratetem Mallotam citari vidit Wachsmuthius, quamvis obloquente Hillschero<sup>4</sup>); commonstrat praeterea*

<sup>1</sup>) Praeter Patarensem Mnaseas exstitit rerum et astronomicarum et aliarum scriptor, cf. titulum saec. p. Chr. I Corcyraeum 185 in Kaibelii 'Epi-grammatis', qui ἐπὶ μὲν τὰ κόσμου σεμνὰ καὶ διὰστέρων διηλθε τὰν πυρωπὸν αἰθεροδρόμων κέλευθον, ἐπὶ δὲ καὶ γεωμόρον τέχναν γραμματίσιν ἔχεντειραν· εύδαινον νοῦ κατεῖδ' Ομήρον δέλτον κτλ.' Mehler 'Mnaseae fragmenta' (Bonn. 1846) p. 7.

<sup>2</sup>) Supplevimus conlatis ceteris testibus.

<sup>3</sup>) Alia testimonia comportavit Kalkmannus nec vero recte in usum Pausaniae convertit ('Pausanias der Perieget' p. 258). Nobis Pausanias IX 29, 1—4 cum iis sociandus videtur, quae congressimus 'Deutsche Litteraturzeitung' 1887 p. 55.

<sup>4</sup>) Potuit Crates in 'BOEOTIACIS' (quem librum eripere Crateti non debent nec Wachsmuthius p. 71 nec Muellenhoffius I p. 248) Musas enumerare. Dicit utique alio fragmanto ibidem de Permessio fluvio Crates proxime a nemore Musarum distanti (Paus. X 29, 5). Dummodo tutus esset a dubitatione Cratetis in Hesiodium commentarius, posset eodem iure de scribendi opportunitate Hesiodea cogitari (cf. Nicander 'Ther.' v. 12). At secus credimus. Neque enim nominatur unquam titulo proprio tale quid Cratetis nec cogunt ulla ratione quattuor quae adferuntur frustula, ad illud scribendi genus ut referas. Primum (p. 55 et 56 W.), de mundi forma quod est, ex cosmographia Homericā apte derivabitur (schol. ad 'Theog.' v. 126), alterum de divina Cyclopum natura item cum explicatione Homericā cohaerere potest (ib. ad v. 142), tertium (schol. ad 'Opp.' v. 528 de frigore hiemali) BOEOTIACIS forsitan debeatur, quarto (Ruehl 'Mus. rhen.' XXIX p. 82sq.) prooemia Homericā Hesiodeis praestare dicuntur et haec reapse esse Hesiodeae fabricae negantur. Vides vel talia in commen-tatione aliqua Homericā potuisse exponi. Poterant vero etiam in BOEOTIACIS haud absone, quoniam 'Theogoniae' exordio ad loca nonnulla Boeotica spectatatur. Locum adscribimus: ἀρετὴ δὲ μὴ παντὶ ἄρμόζειν δίνασθαι (προοίμιον), ἀλλὰ ἰδίως ἐκεῖνῳ τῷ τοῦ σκοποῦ καὶ τῆς ὑποθέσεως ὅντι κυριώτῃ.

auctor Ciceronis 'De natura deorum' III 54, qui cognitum eundem de Musis habuit commentariolum: *Iam Musae primae quatuor natae Iove altero, Thelxinoe Aoide Arche Melete; secundae Iove tertio et Mnemosyne procreatae novem; tertiae Piero natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poetae appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proxime superiores.* Ne plura: ad Apollodorum Athenensem quae patent vestigia omnia reducunt. Quem iniecta Arati mentione in libro 'Περὶ θεῶν' de Musis scripsisse existimamus. Altero igitur ante Chr. saeculo *ΑΣΤΡΙΚΑ* Arati circumferebantur.

Idem esse *ΑΣΤΡΙΚΑ* atque *Αστροιογίαν καὶ Αστροθεοῖς* a Suida nominata fuerunt qui suspicarentur, etsi de voluminum numero definite nihil enuntiatur. Alii primam 'Phaenomenorum' partem, quam *Αστροθεοῖς* Marciani librarius scholio ad v. 450 vocavit, eum *ΑΣΤΡΙΚΟΙΣ* copulare maluerunt (cf. Buhleum II p. 457):

Antimachi exemplo quod vitetur pergit ita enarrator ille Chisianus: 'Ομηρος δὲ τις male coni. Ruehl οὐ (scripti: ὁ codex) τοιοῦτος, ἀλλὰ τὸ προσόμιον ἐξ τῶν πραγμάτων λαβὼν εὐθέως τὰ τε κεφάλαια τῆς ποιήσεως περιγράφει τὸ (τὰ codices) δὲ τῶν "Ἐργων καὶ Ἡμερῶν Ἡσιόδου [καὶ τῆς Θεογονίας] πεύσης ἔστι προτάξαι ποιήσεως. διὸ καὶ ὁ Κράτης [αὐτὰ] κατὰ λόγον ἴθετε. Saepa a mente Cratetis abhorrent. Initium 'Operum' (praeter v. 10 hand dubie genuinum) unicuique praefigere possis poemati, 'Theogoniae' non item: ibi quae extant personam Hesiodi et peculiare scribendi consilium tangunt aliquo modo ideoque destinata esse ipsi illi loco putanda sunt (cf. caput VI et Arthurius Meyer 'De comp. Theog. Hes.', Berolini 1887, p. 84 sqq.). Cratetis sententia eadem erat Aristarchi et antea iam Praxiphanis (Proclus apud Gaisfordium 'Poetae min. graeci' III p. 3, Rzachius in editione Hesiodi p. 97); eandem postea Pausanias e doctissimo auctore IX 31, 4 recepit solito more obscuratam ('D. L. Z.' l. c.): *Βοιωτῶν δὲ οἱ περὶ τὸν Ἐλικῶνα οἰκοῦντες παρειλημμένα δόξῃ λέγονται, φὶς ἄλλο Ἡσιόδος ποιῆσαι οὐδὲν ἢ τὰ "Ἐργα" καὶ τούτων δὲ ἐς τὰς Μούσας ἀφαιροῦν προσόμιον, ἀρχὴν τῆς ποιήσεως τὸ ἐς τὰς Ἐριθαῖς λέγοντες καὶ μοι μόλιβδον ἐδεικνυσσαν, ἐνθα δὲ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον. ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ "Ἐργα". — Etiam RHESI commentarium Crateeum addubitari posse sentimus. Scholia ad v. 3 et v. 524 (vol. II p. 340 Schwartz, p. 59 Wachsm.) versantur tota in explanandis rebus astronomicis et in mensura temporis. Quid? quod carmen illud choricum v. 527 sqq. in celeberrimis veterum de caelo testimoniis vulgo numerabatur eratque a Parmenisco scriptio quadam astronomica tractatum (cf. cap. III s. v.). Quodsi Homeri Odysseae XIV v. 483 in priore Rhesi scholio habetur ratio: quin versa vice Rhesi tragoeadia ex. gr. in Cratetis 'Ομηρικοῖς' potuisse saltem rationem haberi insitiemur praefracte? Itaque ἐπέχομεν de Cratetis in Hesiodum Rhesumque commentariis.*

at quinque ac pluribus adeo partibus dissecta unquam fuisse 'Phaenomena' Arati quis audivit, nedum ratiunculis demonstrare conatus est? Futilia sunt, quae Grauertus 'Mus. rhen.' 1827 excoigitavit, tanto opere, 'ut Boeckhium mirari subeat virum summum, quinam conlaudare effrenatam Grauerti audaciam potuerit ('Kleine Schriften' IV p. 301). 'Canonem' post primam 'Phaenomenorum' partem vi intrusit ille p. 341 sqq. numeravitque praeterea integri carminis duas particulas, alteram περὶ συναντελλόντων καὶ συγκαταδύοντων (quam eandem *ANATOLHN* esse dixit perperam p. 340, cf. p. 160): 'Wenn wir nun, wie gezeigt(?!), den Umfang des Arateischen Gedichtes als ursprünglich viel grösser annehmen, so erklärt sich eine Anführung des Tretzes, die sonst höchst auffallend ist ... Sehr willkommen ist uns nun hier eine Nachricht des Achilles in der Einleitung c. 19 Αράτος --- περὶ ἥλιον καὶ σελήνης πρὸς τῷ τέλει τῆς ποιήσεως εἰπεν. Denn dadurch(?) werden die Diosemien, worin die Anzeichen an Sonne und Mond genannt sind, zum letzten Theile der *AΣΤΡΙΚΑ* und, was wir oben der sehr ungelenken(?) Verbindung wegen wünschten, von den Φαινομένοις getrennt. Dafür folgten auf diese unmittelbar andre, jetzt untergegangene Bücher, worin über den Lauf der Sonne und des Mondes, die Bahnen und Bewegungen der Planeten, ihre Relationen mit den andern Sternen und den Einfluss aller gesammt auf die verschiedenen Jahreszeiten gehandelt wurde, kurz der Kanon(?) und hieran schlossen sich recht passend die Wetterzeichen.' Coniectaneorum cumulavit acervum, quorum ne unum quidem nec per se probabile est nec comprobatum a Grauerto. Neque omnino opus est pannoso Grauerti apparatu, quoniam certissima aliunde iamiam suppeditatur nobis discriminis ratio ac facultas<sup>5)</sup>. *AΣΤΡΙΚΑ* unam de compluribus seriem (*σύνταξιν*) efficiebant, quibus scripta Arati praeter Phaenomena, ut videtur, inclusa conicimus (cf. p. 223 sqq.). Seriei titulum tenemus. Quinto *σύνταξεως* astronomiae i. e. *AΣΤΡΙΚΩΝ* volumine, quod cum ceteris fere

<sup>5)</sup> Les preuves abondent en faveur de la thèse de Grauert Couat 'La poésie alexandrine' p. 457<sup>2</sup>. Addidit Couatius rationes quasdam, Grauerto ut opitularetur, aequae perversas. Omnia adparet facile, infeliciter in Arato rem Couatio cecidisse: quod semel monemus submolestat singula refellendi operam gravati.

omnibus hodie deperiit, Aratus per carmen aliquod Musas compellaverat. Quinque igitur ad minimum monobibla 'Arateorum series astronomica' continebat. Et hodieque possumus — quod casui largimur — quinque opuscula iuxta Phaenomenorum carmen, fortasse sex, ad sidera pertinentia ex laciniis indieuli adferre: 1. Ἀστροθεοῖς 2. Ἀστρολογίαν 3. Διοσκύρας 4. Καρόνα vel Καρόνος καταπομήν 5. Ἀρατολήν.

Iam ipsa videamus fragmenta, num catalogi fidem adiutoria sint.

## I

*Hunc (Equum) Aratus et alii complures Pegasum, Neptuni et Medusae Gorgonis filium, dixerunt. Qui in Helicone Boeotiae monte ungula feriens saxum fontem aperuit, qui ex eius nomine Hippocrene est appellatus* (Hygin. 'Astron.' I 18).

Hoc quoniam in 'Phaenomenis' desit (cf. v. 216), rettulit inter fragmenta Arati Buhlius II p. 456. Boeckhius in calce carminis servati periisse epilogum quandam poematis coniecit, in quem et Hygini de Equo narrationem ex Arato desumptam et Musarum recensum Pegaso coniunctarum transtulit perperam in comminatione 'De Arati canone' ('Kleine Schriften' IV p. 307). *ΑΣΤΡΟΘΕΣΛΑΙ* erunt fortasse qui inserant, etsi Aratea libri origo sponderi nequit. Cf. caput VIII. Titulum e librorum tabulis huic comminationi subnexis ut plerosque prompsimus. Possit vero etiam fieri, ut testimonium illud Hygini non satis accuratum et ad 'Phaenomena', ut ceterae Arati in Hygino memoriae, revocabundum sit.

## II

*ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΑΝ* de siderum ad homines effectu fuisse inde concluseris, quod iuxta *Ἀστροθεοῖς* commemoratur. Id si verum est, scriptionem negamus Arateam esse. Nam quid ex ipsis 'Phaenomenis' poetae apertius quam omne rationum astrologicarum fastidium?) Fragmenta novimus nulla.

<sup>6)</sup> De *Ἀνθρωπογονίᾳ* cf. p. 226 *Ὀστρολογίαν* Arati ut recentiores fingerent, vox *Ἀστρολογία* a Victorio p. 108 male lecta ansam dedit. Couat 'La poésie alexandrine' p. 456 sq.

## III

*ΔΙΟΣΗΜΙΑΣ* pinacographus commemoravit Achill. p. 55 W. Cuius libri nullum vestigium deprehendimus. Ne ipsam esse 'Phaenomenorum' partem ultimam iudicemus, ea obstant quae p. 215 disputavimus. Ergo nihil reliquum, nisi ut pravam Buhlii opinionem quandam refutemus e Suida procreatam s. v. χειμῶν ὁρνιθίας (= s. v. ὁρνιθίας) ὃ ἐπὶ τὴν γῆν τὰ ὄρνεα στορευνὸς ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πνοῆς, τοιτέστιν ὁ σφοδρός, ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄρνεα φθείρεται — λέγεται δὲ καὶ «ἄνεμος ὁρνιθίας» — ἢ ὅτι τὰ ὄρνεα ταῦτα χειμῶνος φαίνεται, ὡς Ἀρατός φησιν. Desiderari haec in 'Phaenomenorum' parte ultima ideoque deperdito alicui libro Arateo retribuenda esse Buhlius speciosius quam verius edixit II p. 462. Verum si dixisset, cogitares sive de *ΔΙΟΣΗΜΙΑΣ* seu de scriptione *ΠΕΡΙ ΟΡΝΕΩΝ*, cuius memoria e Pselli versibus politicis 190—197 vel e commentario potius in Dionysium Thracem ('Anecdota graeca' ed. Boissonade III p. 210) cognita est. Praeplacuit hoc et Boissonadio et Bernhardyo (ad Suidae l. c.), quamvis haesitaret. Quid vero? Errarunt omnes, quia adnotationis Suidianaæ fontem neglexerunt. Scholio enim ad Aristophanis 'Acharn.' v. 876 sq. ὀσπερεὶ χειμῶν ἄρα ὁρνιθίας ἐξ τὴν ἀγορὰν ἐλήλυθας haec adferuntur: οὕτως ὁ σφοδρὸς χειμών, ἐν ᾧ καὶ τὰ ὄρνεα διαφθείρεται. οὕτω δὲ καὶ «ἄνεμος ὁρνιθίας» ὃ ἐπὶ τὴν γῆν τὰ ὄρνεα στορευνὸς ὑπὸ τῆς ψυχρᾶς πνοῆς (τῆς τοῦ ψύχους codices, cf. Suid. l. c.). ὃ δὲ Σύμμαχος «χειμῶνα ὁρνιθίαν» ἀποδίδωσι διὰ τὸ χειμῶνος τὰ ὄρνεα ταῦτα ἐπιφαίνεσθαι, ὡς παρὰ Ἀράτῳ. Symmachus Aristophanem interpretans signis Arateis in extremam Phaenomenorum partem conlatis per scholia uti assolet, velut ad 'Pac.' v. 1067 εὐηθες ζῶον ὁ κέπτωσ, οὗ μέμνηται καὶ Νίκανδρος ('Alex.' v. 170) καὶ Ἀρατός (v. 916) περὶ τῶν διοσημιῶν διαλεγόμενος καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς Ἰάμβοις et 'Vesp.' v. 262, ubi Arati v. 976, 977 citavit; denique ad 'Pac.' v. 778 Καρχίνος correpta vocali et ex Arati 'Phaenomenis' in universum adsumpsit. Instat igitur, ut intra carminis eiusdem fines illud de avibus dictum circumspiciamus. Et redinveniri potest v. 1021 sqq., de quo loco dubitanter (ut alia tamen simul temere iaceret s. v. Ἀρ.) cogitavit Bernhardyus l. c.:

καὶ χῆνες πλαγγηδὸν ἐπειγόμεναι βρωμοῖο  
χειμῶνος μέγα σῆμα, καὶ ἐννεάγηρα πορώνη  
νύκτερον ἀείδοντα, καὶ ὁψὲ βοῶντε κολοιοί,

καὶ σπίλος ἥψα σπιζων, καὶ ὄφεα πάντα  
ἐν πελάγους φεύγοντα κτλ.

His expeditis fatemur libere istas Arati 'DIOSEMIAS' peculiari libro comprehensas in suspicionem a nobis vocari eam ob causam, quod *διοσημία*, vox attica<sup>9)</sup>, ab usu Arateo discordat. *σῆμα* constanter Aratus terminum ionicum<sup>10)</sup> secutus fere quinquagiens nulla exceptione admissa. Ergo vix *Διοσημίας* sed *Σήματα* (*οὐράνια, αἰθέρια, χειμώνων ὑδάτων* al.) Arateum futurum fuisse titulum opperimur. Ita v. 460 et ipse Aratus, cum absoluta siderum descriptione, priusquam ad circulos — quibuscum coortus coecasque cohaerent — et ad diosemias transgrederetur, dispositionem carminis futuram disertis verbis communicaret: *οὐνέτι θαρσαλέος κείνων ἐγώ* (quinque planetarum). *ἄρχιος εἴην ἀπλανέων τά τε κύκλα τά τ' αἰθέρι σήματ' ἐνυπετεῖν*<sup>11)</sup>. *διοσημία* voce Dicaeopolis in 'Acharnensibus' utitur, ut in vulgi ore vignerisse videatur et hinc, ut tam multa, in communem sermonis posterioris copiam traducta esse. Dionysius Periegeta scripsit *Διοσημίας*<sup>12)</sup>, eodem fere tempore tertia carminis Aratei pars, cum antea dici consueisset 'Προγνώσεις διὰ σημείων', vocari coepit *Διοσημίαι*<sup>13)</sup>: hinc Symmachus modo commemoratus. Diffidimus igitur aliquam multum *Διοσημίας* istas integrum Arati fuisse opusculum, tametsi

<sup>9)</sup> 'Theophrastus' *σημεῖον* dicit et *σημανεῖν*, item *προσημανεῖν* et *προγνωσκεῖν*. *προγνώσεις* Boethus (supra p. 155). Inde *Pronostica* latini.

<sup>10)</sup> 'Il.' XXII v. 30sq. κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται (Sirius exoriens), καὶ τε φέρει πολλὸν πορετὸν δειλοῖσι βροτοῖσιν. Archilochus fr. 54 B. ἀμφὶ δ' ἄκρᾳ — δρόθὸν ἵσταται νέφος σῆμα χειμῶνος. Parmenides: vide adn. 11. Sophocles in 'Nauplio' fr. 399, 3 N.<sup>2</sup> οὐτος δ' (Nauplius) ἐφεῦρε τείχος ἀργετῶν στρατῷ σταθμῶν ἀριθμῶν καὶ μέτρων ἐνθήματα τάξεις τε ταύτας οὐράνια τε σήματα i. e. non astra (male ita enarratores) sed signa caelestia vel diosemias sive ab astris sive aliunde petitas.

<sup>11)</sup> Sectari Parmenidem videtur v. 133 Mullach: *εἰσογ δ' αἰθερέην τε φύσιν τά τ' ἐν αἰθέρι πάντα σήματα καὶ καθαρᾶς εὐργέος ἡλέου λαμπάδος ἔργ'* *ἀλόγηλα κτλ.* — Sero vidimus Hugoem Grotium in idem incidiisse p. 24 'Notarum' dubitantem: *Quare dubito an non haec Signa (diosemias) intellekerit supra, cum dixit τά τ' αἰθέρι σήματ' ἐνυπετεῖν, ut uno versu et ea, quae ex Phaenomenis restabant, circulorum nempe tractationem et obiter quibus signis in Zodiaco orientibus quae oriantur quae occidunt, et ipsa Diosemeia prae-significarit.*

<sup>12)</sup> Ruehl 'Mus. rhen.' 1874 p. 85.

<sup>13)</sup> Schol. Marc. ad Arati v. 733.

certi nihil sponderi posse facile intellegimus. Boethus nihil utique praeter signa Arati superstitia cognovit, cf. p. 155.

## IV

1. Achilles 'Isag.' p. 135 B τὸν δὲ τῶν πλανήτων λόγον παρηγήσατο ὁ Ἀρατος, ὅταν λέγῃ (v. 454, 5. 460—462).  
 οἱ δὲ ἐπιμιξ ἄλλοι πέντε ἀστέρες, οὐδὲν δύοιοι,  
 ἔμπταλιν εἰδώλων δυοκαὶδεκαὶ δινεύονται . . .  
 5 οὐδὲ ἔτι θαρσαλέως κείνων ἔγω· ἀρχιος εἴην  
 ἀπλανέων τά τε κύκλα τά τ' αἰθέρι — δινεύοντιν.  
 παραιτεῖται δὲ διὰ πολλὰς αἰτίας, πρῶτον ὅτι φαινόμενα ἡθέλησε  
 καὶ πᾶσι σύμφωνα δεῖξαι ἀστρα, οὗτοι δὲ πολλὴν διαφωνίαν  
 ἔχοντι καὶ οὐδὲ πᾶσιν εἰσι φανεροί. ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ  
 10 αὐτὸν 'ΚΑΝΟΝΙ' τὸν περὶ αὐτῶν ποιούμενος λόγον ἀρμονίᾳ τινὶ  
 καὶ συμφωνίᾳ μονισικῇ τὰς κινήσεις αὐτῶν λέγει γεγονέναι.

Idem p. 136 A περὶ δὲ τῆς ἑναρμονίους κινήσεως αὐτῶν (septem  
 sphærarum) εἶπεν, ὡς ἔφην, Ἀρατος ἐν τῷ 'ΚΑΝΟΝΙ' καὶ Ἐρα-  
 τοσθένης ἐν τῷ Ἐρμῇ καὶ Υψικλῆς καὶ Θράσυλλος καὶ Ἀδραστος  
 15 Ἀφροδισιεὺς· ἥρξαντο δὲ τοῦ λόγου τούτου οἱ Πνθαγορικοί·  
 πάντα γὰρ ἀρμονίᾳ καὶ τάξει λέγοντι κινεῖσθαι, καθὰ καὶ ἱστροὶ  
 τοὺς σφυγμούς, καὶ ὑγιαίνειν μέν, ὅταν εὐτακτῶσι, νοσεῖν δέ, ὅτε  
 ἀτάκτως κινοῦνται.

1 τὸν πλ. M || 15 Πνθαγορικοὶ Β: — ειοι L.

2. Idem p. 138 C πολλοὶ τῶν ἐπιφανεστέρων περὶ ἡλίου καὶ  
 σελήνης ἐπεργαματεύσαντο, ἵδιᾳ δὲ καὶ περὶ τῶν πέντε scil. πλα-  
 νήτων. διὸ καὶ Ἀρατος ἴδιας μὲν περὶ ἡλίου καὶ σελήνης πρὸς  
 τῷ τέλει τῆς ποιήσεως εἶπεν, ἵδιᾳ δὲ περὶ τῶν πέντε ἐν τῷ  
 5 ἐπιγραφομένῳ 'ΚΑΝΟΝΙ'.

2 ἴδια L.

CANONIS fragmenta qui nobis servavit Achilles simul argu-  
 mentum quale fuisse declaravit. Quod ne intellegeretur primo  
 obtutu, impedivit Boeckhianae 'De Arati CANONE' commentationis  
 defectus, cum ibi omissa sint verba Achillis καὶ Θράσυλλος.  
 Thrasylla enim usus est Theo Smyrnaeus 'De musica' (p. 47 sqq.  
 Hiller.) eo in capite, quod est περὶ τῆς τοῦ κανόνος κατατομῆς.

*Itaque Aratum in CANONE sonorum musicorum designationem et cum hac sphærarum concentum et aliquid fortasse de motu docuisse liquet ait recte Boeckbius p. 303 multa de Arati harmonia apud scriptores musicos adhibita coniciens. Versibus CANONEM conceptum fuisse non patet diserto testimonio et prae-propere a Boeckhio e Germanici 'Arateis' conclusum est, qui de planetis se velle posthae dicturum v. 444 sq. subindicavit:*

*Hoc opus arcanis si credam postmodo Musis,  
tempus et ipse labor, patientur fata, docebit.*

Incredibile, haec quoque Germanicum ex Arato vertisse, cum de illo tertia ut par est utatur persona v. 1 sq.:

*Ab Iove principium magno deduxit Aratus:  
carminis at nobis, genitor, tu maximus auctor.*

Opus per se constans Achilles CANONEM fr. 1 et 2 dixit, adnectere 'Phaenomenis' velle irrita opera erat Grauerti l. c. p. 341 sqq. indice etiam Boeckhio p. 306 sq. Recte hie *Aratus* inquit *ipse* v. 460 se de planetis in hoc opere (quod superest) non dicturum profitetur:

*οὐδὲ ἔτι θαρσαλέος πείνων ἔγω· ὅρμος εἴη  
ἀπλαντῶν τὰ τε πύρα τὰ τ' αἰθέρι σῆματ' ἐνισπεῖν.*

*Itaque Aratus, cum 'Phaenomena' condebat, imparem se CANONIS argumento fassus est, neque is hoc potuit in eodem opere tractare, nisi obloqui sibi ipse volebat. Putaverat Grauertus p. 342 duo Germanici 'Prognosticorum' fragmenta, in quibus de tempestatibus sub singulis Zodiaci signis accidentibus agitur et de propriis viribus quas planetarum quisque illa signa tenens exerceat (p. 43 sq. Breys.), e CANONE translata esse. Sed postquam CANONIS argumentum prorsus aliud et maxime musicum esse docuimus, quis non probabilius dixerit, Caesarem illa de suo addidisse, non vertisse ex Arato? Boeckhius.*

## V

*Tέταρτον τὸ περὶ ΑΝΑΤΟΛΗΣ, δὲ φασὶ τινὲς μὴ εἶναι Αράτον, ἀλλ᾽ Ἡγειτάνατος* (Vit. II p. 56 W.). Itaque quod apud Suidam legitur *Aratouμ* emendamus in *ΑΝΑΤΟΛΗ*, non contra, quod Buhlio placuit. An illa inscriptione singulare Arati opus denotetur, valde dubitans partem potius 'Phaenomenorum' alteram ad ortus siderum inde a versu 553 spectantem sic adpellari Buh-

lius p. 458 falsissime arbitratur. Hegesianacti tribuere 'Phaenomenorum' partem cui sano venire in mentem potuit?<sup>12)</sup> Quapropter titulo illo peculiarem librum comprehensum fuisse consectarium est.

Tantum de fragmentis. Ad Achillis de prooemio Arateo commentariolum tandem aliquando revertimur p. 17 ex codice Vaticano editum. Altius haec docti interpretis excerpta repetenda esse quamvis constet abunde, muniri tamen illud insuper scholio Marciano ad v. 733 οὐχ ὁράξει; ὅλην μέν] ἡ δοκοῦσα εἶναι πρός τινα τοῦ λόγου ἀπότασις ἐπλαγίασε πρὸς τὸ «οὐχ ὁράξει» ἐνθεῖναι τὸ εἰς Ἀγκλείδην προοιμιον ἀναφερόμενον. ἀλλ’ ἡγνόησαν, δτὶ ποιητικὸν ἔστιν ἔθος, ὡς καὶ Ὁμηρος κτλ.’ subindicavimus. Ita qui primus de prooemio Arati exposuit, is complura poetae antigrapha examinaverat seu nullo seu diversis exordiis instructa. Ex uno praeterea versiculum de magno anno adscripsit interpres. Haec igitur illinc relicta sunt:

- I. ἀμφὶ μοι ἡλίῳ περικλειτοί τε μήνης  
ἔσπετέ μοι, Μοῦσαι.
- II. 1) Ἀγκλείδη, ξείνων ἱερὸν θάλος, εἰ δ’ ἄγε σύν μοι  
οὐρανῆν ψαύσεις ἐπι τελίον<sup>13)</sup>.
- 2) Ἐπταχα σύν δεκάδεσσι περιπλομένων ἐνιαυτῶν.
- III. Ἀντίγονε, ξείνων ἱερὸν θάλος<sup>14)</sup>.

Ab altero incipiamus. Negavit verissime p. 17 interpres, illud ad Anclidem prooemium 'Phaenomenis' primitus praefixum fuisse,

<sup>12)</sup> Frey ('Mus. rhen.' 1858 p. 132sqq.): *Es (Περὶ ἀνατολῆς) ist nichts Anderes als die besondere Ueberschrift des dritten Theiles der Phaenomena von Vers 553 an . . . denn auf den Zusatz der Vita ὁ φασὶ τινες μὴ εἶναι Ἀράτον, ἀλλ’ Ἡγησίαναχτος dürfte wol nicht viel (?) zu geben sein.* In tota Freyi commentatione Aratea vix quod probum sit indagaveris. Cf. supra p. 155. Quod schol. Eurip. 'Phoen.' v. 1116 inter ἐπιτολὴν et ἀνατολὴν distinxisse Aratus dicitur, ad 'Phaenomena' pertinet.

<sup>13)</sup> Oppianus 'De venatione' Dianam facit ad poetam v. 20sqq. dicentem:  
ἴγρεο, καὶ τρηχεῖαν ἐπιστείβωμεν ἀταροπίν,  
τὴν μερόπων οὖπα τις ἔης ἐπάτησεν ἀοιδαῖς.

Manilius 'Astronomicorum' exordio Caesarem addocutus *ire per ipsum aera instituit, ire per alta astra Pythagoras apud Ovidium 'Met.'* XV v. 147 (Schmekel 'De Ovidiana Pythag. doctr. adumbr.' p. 3sqq.), alia nonnulla. Casui vero hae dandae similitudines, nec credimus Romanorum ulli alias quam nobis patuisse Phaenomenorum formam et editionem.

<sup>14)</sup> Oppianus l. c. v. 3 *Ἀνδσονίον Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος, Ἀντωνῖνε.*

quandoquidem in ipso hoc carmine magnus annus duodevicennalis non sine aperto quodam studio ac consilio effertur. Intra eiusdem poematis terminos tantam admisisse differentiam vel nescium astronomiae aliquem absurde cogitatum foret. Alione igitur carmine ante 'Phaenomena' scripto ita censuisse Aratum putemus? Hac utique ratione versuum 751 sqq. quo tendat sententia declararetur:

ἄλλος δ' ἄλλοτηγ ἀστήρ ἐπιδέοχεται ήῶ.  
γιγάντεις τάδε καὶ σύ· τὰ γὰρ συναείδεται ηδη  
ἐννεακαίδενα κέκλα φαεινοῦ ἡελίοιο,  
ὅσσα τ' ἀπὸ ζώνης εἰς ἔσχατον 'Ωρίωνα  
νὺξ ἐπιδινεῖται.

Cf. p. 18 sqq.

Si post edita 'Phaenomena' carmen ad Anclidem prodiit, mirari satis nequires, quid esset quod a re dudum et aliis probata et ab ipso libentissime concessa Aratus in errorem reclinasset. Iam rem invertas. Ille quod non iam dubitari de Metonis anno solari duodevicennali et summam esse inter astronomiae studiosos concordiam dixit, dictumne ita accipiamus, ut erratum a sese ipso esse tacite fateretur correcturus? Haud facile credimus. Nihil omnino de se sed, ni fallunt omnia, in universum de astronomis Metoniano cyclo iamiam assentientibus loquitur poeta. Ergo quid reliquum nisi ut illud carmen, unde sumpti isti versiculi sunt, pro subditicio iudicetur? Idem satis antiquum fuisse videtur, si modo ex opinionis quarto iam saeculo derelictae antiquitate discrimen capere liebit. Eratne *ΑΣΤΡΟΘΕΣΙΑ* (p. 216)?

Venimus ad tertium prooemii exemplum «*Ἄριτυον, Σείρων  
Ιερὸν Θάλος*». Antigonom versus compellatum regem esse cognomine nondum explicato Gonatam, Demetrii Poliorcetae filium, haud cunctanter et succinete edixit Meinekius 'Philol.' 1859 p. 19. Et ipsi ita iudicamus, non quia Gonatae memoria cum 'Phaenomenis' conficiendis arete copulata fuit (cf. cap. VII et VIII), sed quod «*Σείρων Ιερὸν Θάλος*» summo ille iure conlaudatur. Experti Pellae hospitium regis cum alii homines litterati tum Aratus. Verum id est absurdum, et regem et Anclidem eodem hospitalitatis elogio ne verbis quidem dissonantibus, diversis tamen exordiis, ab eodem efferri poeta. Iam quadrat quod eum, qui Anclidem affatus est, minime Aratum fuisse adparuit. Iam vero de Antigoni memoria ac versu quid fiet? Cum fecerit Aratus «*εἰς Ἀριτυόν*» teste Suidae biographo infra adscripto carmen, illud libenter eidem

relinqueremus Arato: nisi id ipsum obstaret, quod versu «*Αρτίγονε, ξελνων ιερὸν θάλος*» prooemium illud ad Anclidem missum exprimi videtur<sup>15)</sup>). Nam apta etiam cetera prooemii Anclidei particula est, ut fidenter suppleas *Αρτίγονε, ξελνων ιερὸν θάλος, (εἰ δ' ἄγε, σύν μοι οὐρανίην ψαύσεις ἐπὶ τοῖς βορείοις).*

Quod primo loco attulimus prooemii frustulum, id dubitavit Hugo Grotius p. 14 ‘an non ad Diosemeia servata pertineret.’ Itaque sibi finxit alteram partem Arateorum peculiari olim exordio, quod tamen differret a forma tradita, in aliqua editione instructam fuisse. Quod cum obstet diserto interpretis testimonio de toto ‘Phaenomenorum’ carmine dicentis, incredibile. Cf. cap. VI et VIII.

---

<sup>15)</sup> Αγκλείδης = Άνακλείδης auctore Meinekio l. c. Nomen corruptum putat Wilamowitzius ex Άλκείδης vel Αγκαίδης vel simili aliquo. Patronymica vel gentilicia poetis certas personas adloquentibus usitata. Κηρυκλέδης Βατούσιάδης Αισιμίδης Έρασμονίδης Χαρίλαος Archilochus.

## 2. ΙΑΤΡΙΚΑ.

Testis est Pollux II 37 sq.<sup>16)</sup> ἐκάλουν δ' αὐτὰς (τὰς τῆς κεφαλῆς ὁσφάς) ἴατρῶν παιδες στεφανίτιδάς τε καὶ λαβδοειδεῖς καὶ λεπιδοειδεῖς καὶ ἄλλα τοιαῦτα ὄνόματα, καὶ ἐφιλοτείκονυ περὶ τοῦ πλήθους αὐτῶν, εἴτε πέντε χερὴ τὰς ὁσφάς ἀριθμεῖν εἴτε 5 πλείους εἴτε ἐλάττους, πάντων μὲν ὁμολογούντων ἐλάττους εἶναι τὰς τῶν γυναικείων κεφαλῶν ὁσφάς, Ἡροδότου δὲ φάσκοντος (IX c. 83) μετὰ τὸν ἐν Πλαταιαῖς φόνον ἐν τοῖς Περσικοῖς νεκροῖς εὑρεθῆναι

---

<sup>16)</sup> Nihil de Pollucis auctore adfirmamus, sed Rufum Ephesium ‘Περὶ ονομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων’, quem in altero libro concinnando expilabat (M. Haupt. ‘Opusc.’ III 2 p. 429 praeente Casaubono), posse fuisse putamus quamvis cum alia tum ipsum Arati testimonium in Darembergii et Ruellii editione Parisina p. 135 sqq. desideretur. At probaverunt Rhodius (‘De Pollucis fontibus’ p. 86 sqq.) et Voigtius (‘De Sorano Ephesio’ p. 29) Rufum non integrum sed bis excerptum ad nos pervenisse.

κεφαλήν μηδεμιαν ἔχονσαν φαρῆς συμβόλησιν. Ιέγει δέ πον καὶ  
Ἄρατος ἐν τοῖς *LATPIKOIS*.

10

ἡδη γάρ ποτ' ὅπωπα παρήσατα πολλὰ μὲν αὐτῶς  
μεσσατίης κορυφῆς μοίην συνεερμένα φαμιῇ,  
πολλὰ δ' ἀρραφέες περαλαὶ πάγεν ἀνθρώποισιν.

11 συνεργμένα codices Pollucis: correxi || γραμμῇ codices Pollucis et ob sententiam (cf. Phaen. v. 465) et ob laesam productionis ante mutam cum quida regulam Arati corruptum (Frey 'Mus. rhen.' 1858 p. 136): correximus et Vertunianus et ego etsi voce insolenti novata; at conferas γράμμα ~ γραμμῇ, στίγμα ~ στιγμῇ, ἄρμα ~ ἄρμός, καθαρμα ~ καθαρμός, alia.

Idem opus dixit Buhlius II p. 455 *LATPIKA* et *LATPIKAS* *SYNAMEIS*, quae a biographis et alibi commemorantur, satis inconsiderate: illa isto loco ad hominis anatomiā spectasse fragmentum evincit, hae pharmacologicā rationē peculiari scriptiōne sectabantur. σύνταξιν significari vel seriē medicinalem titulō generalē nobis persuasim⁹ in monobibla nonnulla digestam, quae deinceps recensebuntur.

## I

Vita III p. 59 W. συναγορεύει δὲ αὐτῷ (Hipparcho, qui negabat astronomum Aratum esse) καὶ Λιονύσιος ἐν τῷ 'Περὶ συγκρίσεως Αράτου καὶ Ὄμήρου' περὶ τῶν μαθηματικῶν, ὅπερ γέ φησιν· οὐ τιθεμεν αὐτὸν λατρὸν εἶναι γράψατα τὰς *LATPIKAS* *SYNAMEIS*, οὐδὲ μαθηματικὸν θίσομεν οὐδὲν ξένον εἰπόντα τῶν Εὐδόξου.

Vita II iuxta 'Phaenomena' 'Canonem' 'Ortum' (*Aratokήν*) enumerantur *LATPIKAI* *SYNAMEIS*, ut peculiarem hanc scriptiōnem, et non seriei titulum, fuisse adpareat.

## II

Suidae codices *ΣΥΝΘΕΣΙΝ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΘΗΡΙΑΚΩΝ* *ΕΠΙΤΗΔΕΙΑΝ* (sive ἐπιτήδεια) offerunt in librorum indice. Distinxit post φαρμάκων Westermannus, tanquam verba θηριακῶν ἐπιτήδεια πονum titulum efficere et 'ex theriacis quae sunt salubria' remedia designarent. Supplemento si careri potest — et φαρμάκων proxime ante scriptum exstat — quis supplere maluerit? 'Antidota' Galeni inspicias (vol. XIV Kuehn.): discerni intelleges

(quod ultro eluet cur fieri consueverit) inter φάρμακα θηριακά quae θανάσιμα sunt vel δηλητήρια et quae ἀγαθά καλά ἐπιτετενγμένα (cf. ex. gr. p. 151. 161. 171. 174). Tamen ne cognita quidem tituli sententia statim patent omnia. At patescent. Unam certamque dixerit Aratus mixturam an in universum de remediis salubriter miscendis exposuerit, quamvis provisum primitus fuerit ne haesitari quiret, nunc, res utut se habet, per se dubitabile. Namque iterum Galeni 'Antidota' evolvas: p. 32 Ἀνδρομάχον πρεσβυτέρου θηριακὴ δί' ἔχιδνῶν, ἡ καλονυμένη 'Γαλήνη' — multa nimirum ex viperis alioquin fiebant medicamina — p. 149 Ἀμφροστα' Φιλίππον Μακεδόνος πρὸς τὰ θανάσιμα τῶν φαρμάκων καὶ πάντὸς ιοβόλου πληγήν ποιεῖ καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς διαθέσεις, p. 159 Ἀμφροστα' Αρχιβίον ἴερά, πρὸς πάντα τὰ ἐντὸς ποιοῦσα ἥ χρῶμαι (Galenus ipse<sup>17)</sup>). Et sic fere omnia certo nomine indicantur remedia sive proprio sive inventoris sive eius, qui uti illis assolebat. Itaque 'σύνθεσις φαρμάκων θηριακῶν ἐπιτηδεῖα' inscriptum fuerit seriei medicinalis alicui volumini, quo istiusmodi mixturae (*σύνθετα*) comprehendebantur. Idque corroborat Galenus 'De Antidotis' (vol. XIV p. 144sq. K.): περὶ δὲ τῶν συνθέτων (θανατίμων φαρμάκων scil.) λεχθήσεται. ἐκτιθεσθαι δὲ τὰς τούτων

<sup>17)</sup> Epigrammati Callimacheo ab editoribus, quoad scimus, non prorsus intellecto LIII Wil. salutem parabimus:

Καὶ πάλιν, Εἰλειθυία, Λυκανίδος ἐλθὲ καλεύσῃς  
εὐλοχὸς ὠδίνων ὥδε σὺν εὔτοκῃ.  
ἥς τόδε νῦν μέν, ἄνασσα, κόρης ὑπέρ· ἀντὶ δὲ παιδός  
ὅστερον εὐώδης ἄλλο τι νηὸς ἔχοι.

Cf. Nossin 'Anth. Pal.' VI 273. Partu filiae gravidae instante Ilithyiam Lycaenis mater implorat, ut subveniat dolores levatura σὺν εὔτοκῃ. Quod cum putarent idem atque εὐλοχὸς ὠδίνων, praepropere abstulerunt conjectando et Heckerus ('Comm. crit. in Anth.' p. 112) et Meinekius post editionem p. 291. Nobis *Eύτοκη* proprium nomen est nec differt ab herba medicinali ad partum idonea vel remedio ἀριστολοχίᾳ vel Ἐκντόκιον alias dicto. Exempla inferius alia occasione capite VI proposituri sumus. Callimachum vero inlustrare possumus 'Aeneide' XII v. 411—419. Venus Aeneam vulnere defessum dictamno Idaeo — immixtis Ambrosia et Panacea, quae certa id temporis erant remedia a Galeno in 'Antidotis' totiens et a scholiasta Vergiliano etiam commemorata, quidquid recentiores Aeneidis enarratores molintur — curat ipsa et reficit: *dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida . . . detulit . . . inficit occulte medicans spargitque salubris Ambrosiae sucos et odoriferam Panaceam*. Denique favet σύν πρaepositionis usus: cf. 'Il.' XVI v. 864 Σὺν δονῷ βεβίχει. Ib. II v. 787, alia. Simile invocationis exemplum exhibet Tibulli elegia II 5.

σκενασίας μοχθηρόν μοι δοκεῖ, καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ταῖς τούτων συγγραφαῖς, ὃν ἔστιν Ὁρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς Θεολόγος (fr. 174 Abel) καὶ Βαῦλος (Ὄρος editio Kuehnii: corr nescio quis in exemplari Gryphieni; cf. Susemihl. I p. 482) ὁ Μενδήσιος ὁ γεωτερος καὶ Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος τραγῳδιῶν ποιητὴς καὶ ΑΡΑΤΟΣ καὶ ἄλλοι τινὲς τιὸν τοιούτων συγγραφεῖς. τούτους μὲν οὖν ἄν τις θαυμάσειν ἐμμέτρως ἐπιχειρήσαντας ταῖς περὶ τούτων πραγματείαις, μέμψατο δ' ἄν εὐλόγως διὰ τὰ πράγματα διδάσκειν γὰρ μᾶλλον ἔστι καὶ προσάγειν τοὺς βουλομένους ἐπὶ πανῷ τοῦ (scripsi: τὸ Κυενίους) πλησίον ἐπιχειρεῖν ταῖς τούτων σκενασίαις. οἱ γοῦν τῶν καλῶν τούτων ποιημάτων συγγραφεῖς τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐλαβούμενοι καταδρομὴν ἐναρχόμενοι τῆς τούτων παραδόσεως τοὺς ἐντεξουμένους πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ὡς οὐκ ἄν εἴησαν φαῦλοι τὸ ἥδος οὐδὲ τῶν τοιούτων φθοροποιῶν διδάσκαλοι, ὥσπερ καὶ Ἡλιόδωρον ἐν τοῖς 'Πρὸς Νικόμεδον Ἀπολυτικοῖς' ἐναρχόμενον ἔστιν εἰρεῖν οὕτω γράφοντα τελ.'

(Meineke 'Anal. Alex.' p. 384 sq.).

### III.

*ΑΝΩΡΩΠΟΓΟΝΙΑΝ* Suidas. Ergo hominis originem poeta medicus descripsit, ut alii medieci 'Περὶ γορῆς' commentati sunt. Pythagoreorum ratione Varro *in libro*, qui vocatur 'Tubero' et intus subscriptur 'De origine humana' egit, astrologorum in modum 'De ratione puerperii matura' Ausonius (p. 95 Peiper), multa idem ille Censorinus, unde Varronis opusculum modo notavimus, in libro 'De die natali' c. 9 p. 15 H. 'Ἄρθρωπογονίαν' Orphicam Orphorum corpore comprehensam Lobeckius instravit 'Aglaoph'. I p. 579 (A. Dieterich 'De hymnis Orphicis' p. 6 sqq.). Denique Vitruvii de astrologis Chaldaeis locum corruptum adferimus 'De architectura' IX 7, 2: . . . *primusque Berossus in insula et civitate Co consedit ibique aperuit disciplinam, post ei studens Antipater iterumque † Achinapolus, qui etiam non e nascentia sed ex conceptione genethliaiae rationes explicatas reliquit.* Attulimus locum, quia Coos quosdam astrologos continent in insula illa eodem atque Aratum tempore secundum Berosum ratiocinantes. Nam summa iniuria suspectum reddere Berosi apud Coos mansionem, quotquot de loco Vitruviano verba fecerunt, conati sunt: qui causam proferret non dicimus verisimilem

sed omnino causam vel e longinquo speciosam, nemodum existit<sup>18)</sup>). Quorum astrologorum unus ‘Περὶ Ἀρθρωπογονίας’ ut Aratus librum divulgavit. Si modo de Arateo libro constaret liquido, quaerendum esset, num quo vinculo ac relatione Aratus cum Chaldaico isto astrologo omnis astrologiae ipse contemptor iungeretur. Ceterum Athenodorus Roseus mero arbitrio e nominis depravatione elicuit. Cf. caput VIII.

### 3. ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ.

‘ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ ἄλλα’, scilicet poemata, Aratum scripsisse legitur in Suidae indice. Quod quid esset, explorare nec Meinekius in ‘Vindiciae Strabonianis’ p. 180 sq. neque Ungerus in ‘Annalibus philologicis’ a. 1876 p. 430 sq. valebant<sup>19)</sup>). Ita ille: *Mirus sane et mihi quidem vix explicabilis Aratei carminis titulus est τὰ ‘ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ’ . . . Receptum dicendi usum si sequimur, τὰ ‘ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ’ carmina esse possint subtiliter et accurate elaborata. In hunc fere sensum ipse Strabo dixit libro XVII p. 787 ἐδέσσε δὲ τῆς ἐπ’ ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως, et Cicero ‘Epist. ad Attic.’ II 18: ‘Ne forte quaeras κατὰ λεπτὸν de singulis rebus’. Sed praestat doctiorum hominum exspectare sententiam. Nihil electa haec ad*

<sup>18)</sup> J. D. W. Richter ‘De Beroso Chaldaeorum historiae et astronomiae veteri scriptore’ Lips. 1825 p. 17. Magnum de Beroso confusaneae doctrinae volumen Franciscus Lenormant Parisiis anno 1871 publicavit (‘Fragments cosmogoniques de Béroze’): p. 410 quid de Vitruvio? *Il est difficile de dire, quelle est la valeur réelle de ce récit.* Patonius ‘Inscriptions of Cos’ p. 359 if we may trust the testimony of Vitruvius X 7, 9, *Berosus in his latter years established a school of astrology here etc.* — Plinius ‘N. H.’ VII 37 (= ‘F. H. G.’ II fr. 25) *ob divinas praedictiones Athenienses publice in gymnasio statuam inaurata lingua statuisse Beroso narravit.* Addubitarunt cum ceteri tum iidem Richter et Lenormant l. c. Cf. cap. VIII.

<sup>19)</sup> Omiserunt cum alia haud pauca tum Artemidorum in ‘Onirocriticis’ I p. 5, 20 sqq. Herch.: *ἡμεῖς δ' ἔχόντες παρήκαμεν τὴν περὶ αὐτῶν εἰς λεπτὸν ἐξῆγησαν κτλ.* Arato λεπτός est ‘debilis’ ‘exiguus’, ex. gr. v. 607 *Χηλαὶ καὶ λεπτὰ φάονται.*

Aratum (docebunt reliquiae): gravissima vero quae pergit Meinekius exponere: *Interim hoc unum addo; memini enim nescio quem scriptorem citari alicubi ἐν τοῖς 'Κατὰ βραχὺ', quod non multum differret ab Aratei carminis titulo<sup>2)</sup>.* Exciderant Meinekio ex memoria Aristoxeni 'Commentarii minuti' Athen. XIV p. 619 E (Unger. p. 430): *ἐν δὲ τοῖς 'Κατὰ βραχὺ ἵπουνίμασιν'* ('F. H. G.' II p. 291) δὲ Αριστόξενος 'Ιφικλος (φησίν) Αρπακίην ἔρασθεοσαν ὑπερειδεν. ἦ δὲ ἀπέγανεν καὶ γίνεται ἐπ' αὐτῇ παρθένοις ἄγων φόδης, ἥτις Αρπακίη (φῆσιν) καλεῖται. Aristoxeni exemplum nemodum, ne Ungerus quidem, qui amissum a Meinekio tandem redinvenit, in Arati usum adhibuit, quamvis sit non modo luculentum sed etiam facile demonstratu. Etenim opponuntur 'τὰ Κατὰ βραχὺ ἵπουνίμαστα' aliis hypomnematum speciebus, 'Ιστοριζοῖς ἵπουνίμασι et Συμπίκτοις ἵπουνίμασιν (cf. Muelleri F. H. G. II p. 290), quorum argumenta ampliore ambitu utebantur: unam seriem expleuisse tres istos hypomnematum libros cogitaveris. Sunt igitur τὰ 'Κατὰ λεπτόν' exili corpusculo sive minuta carmina, de ambitus parvitate et non de qualitate dicta. 'Vergilii' opuscula quae 'Κατὰ λεπτόν' vocantur ab isto Arati genere nomen accepisse Ungerus feliciter suspicatus est assentiente subtili harum rerum iudice Knaackio (Susemibl. I p. 292).

Complures 'minitorum carminum' species Aratum reliquise librorum tabulae commonstrant. Quorum seriem *KATA LEPTON* num recte vocabimus? Epigrammata Hymnos Elegias Epicedia Paegnia suntne *κατὰ λεπτόν* omnia an non sunt? Quaestionem provehet Strabo X p. 486: *δῆλοι δὲ τὰς ἀποσιας αὐτῶν (Gyariorum) καὶ Ἀράτος ἐν τοῖς 'ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ'*.

ώ Λητοῖ, σὺ μὲν ἦ με σιδηρεῖ Φολεγάνδρῳ  
δειλὴν ἦ Γνάρῳ παρελεύσεαι αὐτήχ' ὅμοιην<sup>3)</sup>.

<sup>2)</sup> Diverso sensu Callimachus 'Epigr.' XXVII de 'Phaenomenorum' subtilitate dicens 'χαίρετε' inquit 'λεπτοί φύσιες'. Hinc item de 'Phaenomenis' et Ptolemaeus rex ἀλλὰ τὸ 'λεπτολόγων' σκῆπτρον Ἀράτος ἔχει (Achill. p. 55 West.) et Leonidas Tarentinus 'Anth. Palat.' IX 25, 1 γοέμμα τόδ' Ἀράτοιο δαιμόνος, ὃς ποτε λεπτῷ φροντίδι δημιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο (Dilthey 'De Callim. Syd.' p. 11<sup>2</sup>; Knaack 'Herm.' 1883 p. 28sq.). Sensit Meinekius a genere *KATA LEPTON* aliena haec esse. Ungerus denuo omnia permutavit.

<sup>3)</sup> Iteravit haec Strabo p. 484: ἀπὸ δὲ τῆς Τον πρὸς ἐσπίρου λόντι Σικινὸς καὶ Διογένες καὶ Φολέγανδρος, ἦν Ἀράτος 'σιδηρεῖν' ὀνομάζει διὰ τὴν τραχυτητα.

Priore versu fluctuant codices inter σὺ μένη με, σὺ μένεις με, σὺ μὲν οἶμαι, altero inter δειλῆ et δειλήν, fluctuabat Meinekius. Qui in 'Vindiciis' σὺ μὲν οὖ με σιδηρεῖ Φ. ἡ δειλῆ Γ. π. αὐτή<sup>4)</sup> δύοινα commendavit, in editione praetulit ἡ με; illic ita sese ipse interpretatur: *quae Deli insulae verba esse mihi fingebam Latonam obtestantis, ut partum apud se deponat; quod ni faciat, Pholegandro et Gyaro se similem fore. Quod altero loco scripsi ἡ δειλῆ Γυάρω, satis certum videbitur reputanti, qua causa istos versus attulerit.* Verisimile et nobis videtur illas hymni reliquias esse. Id si pro explorato haberi posset, Callimachi gratia gauderemus impense. Commemoravit Suidas 'Hymnorū' syllogam in laterculo, ubi perverse tamen editur ὕμνον εἰς τὸν Πᾶνα σπονδοφόρους, quamvis Achilles habeat εἰς Πᾶνα ὕμνον p. 55 West. et Theo (Viita III) ἐπισταθεὶς<sup>5)</sup> δὲ τῷ βασιλεῖ πρῶτον μὲν αὐτοῦ ποιημα ἀνέγνω τὸ εἰς τὸν Πᾶνα τῆς Ἀρχαδίας. Diiuncta scribas Suidiana: YMNOΥΣ. Εἰς τὸν Πᾶνα· Σπονδοφόρους<sup>6)</sup>. De his nihil compertum, hymnum in Panem Arcadem a Macedonibus inter deos relatum devictis anno 276 Gallis ab Antigono, vix cum in Macedonia venisset, Aratus composuit<sup>7)</sup>. Attigit illud Theocritus in 'Thalysiis' v. 99<sup>8)</sup>. An τῶν ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ liber 'Hymnorū' portiuncula fuit?

Idem de ELEGIS quaerimus. Sed prius fragmenta conligenda sunt.

## I

1. Stephanus Byz. s. v. Γάργαρα] πόλις τῆς Τρῳάδος ἐτὶ τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἰδης .. ἐκεὶ καὶ Διότιμος ὁ Ἀδραμυτηνὸς ἐδίδασκε γράμματα, εἰς δὲν Ἀρατος εἶπεν·

αἰάζω Διότιμον, ὃς ἐν πέτρῃσι κάθηται  
Γαργαρέων παισὶν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

<sup>4)</sup> συσταθεὶς coni. Hemsterhusins.

<sup>5)</sup> Vel Usenerus in Suida ὕμνον εἰς τὸν Πᾶνα dispescuit 'Mus. rhen.' XXIX (1874) p. 43<sup>1</sup>.

<sup>6)</sup> Usener p. 44 sqq.

<sup>7)</sup> Hauser 'De Theocriti vita' p. 13 sq. Wilamowitz 'Antigonos von Karytos' p. 340.

2. Enarrator Vergili 'Georgicorum' apud Macrob, 'Saturn'. II 20, 8 *Arati etiam liber fertur 'ΕΑΕΓΕΙΩΝ'*, in quo de Diotimo quodam poeta sic ait «αλάζω — λέγω». Ex his versibus etiam civium nomen innotuit, quia *Gargares* (*Γαργαρῆς*) vocantur. Exstat praeterea idem in 'Anthologia Palatina' XI 437 e Corona Meleagri sumptum epigramma (cf. IV 50). Discrepantias adscribimus:

4 Διότιμον ὁς Macrobii et Anthologie codices: ὅτι μοῦρος Stephani codices || 5 Γαργαρέων παισιν etiam Anthologie codices: παισιν Γαργαρέων Stephanus.

*Videtur Aratus hos versus in convivio ex tempore iecisse, ut Diotimum obscurō loco latentem Antigono regi commendaret post Heckerum audacissime Duebnerus II p. 394. Nihil enim ne divinari quidem hodie de consilio carminis potest. Antiquitus quid cognitum fuerit, praeter unam patriae Diotimi significationem deperiit. Adramytenum enim e carmine vix agnoscere quisquam potuit.*

Ceterum Meleager haecce poemata quasi 'primitias' Arati praedicat diserte 'Anthol. Pal.' IV 1 v. 49 sq.:

ἀστρων τ' ἵδριν Ἀρατον ὄμον βάλειν, οὐρανομάκεν  
φοινικος πείρας πρωτογόνοντος ἔλιπας,

(Meleager in 'Coronam'). Utique, antequam 'Phaenomena' componerentur, exstitisse pusilla ista, si trutina Meleagri dictum examinares, largiendum esset. Sed tamen excedit hoc omnem probabilitatem.

## II

### *Ἀράτον.*

«Ἀργεῖος Φιλοκλῆς Ἀργεὶ καλός» αἵ τε Κορτυθον  
στῆκαι καὶ Μεγαρέων ταῦτα βοῶσι τάφοι.  
γέγραπται καὶ μέχρι λοετρῶν Ἀμφιαράον,  
ώς καλός. ἀλλ᾽ ὀλίγον γράμμασι πειθόμεθα.  
τῷδ' οὐ γὰρ πέτραι ἐπιμάρτυρες, ἀλλὰ Ποιητείς  
αὐτὸς ἰδὼν· ἐτέρον δ' ἐστὶ περισσότερος.

'Anth. Pal.' XII 129 e Stratoelis 'Musa puerili'. Petitum forsitan ex ELEGIARUM libro illud videbatur Buhlio II p. 458. Potuit vero etiam EPIGRAMMATIS adnumerari. Conserpsit igitur Aratus carmen in Philoclem formosum simul celebrato 'Prienensi' accuratissimo

pulebritudinis spectatore, cuius iudicium in hac causa longe praeferit omnibus testimoniis, quae alibi prolata sunt. Nec Prienensis, qui proprio nomine caret, nec Philocles iste Argivus aliunde cognitus. — V. 2, 3 quas dicit columnas Corinthias sepulcra Megarensium Oropiorum lavaera, haec omnia versu quinto communis lapidum (*πέτραι*) significatione complectitur; neque enim testes producit lapides, sed 'Prienensem' oculatum. Non putamus epigrammatographum et 'Prienensem' esse eandem personam: si esset, necessario poematum ab Arato Solensi scribi non potuisse. — V. 4 ὀλίγοι codex Palatinus, ὀλίγοι editores. Nos ὀλίγοι scripsimus et cum Jacobio πειθόμενα pro λειτόμενα 'parum credimus litteris incisis'. Negat se satis confidere litterulis poeta: oculis fidendum. Igitur alterum quendam Philoclem Argivi cognominem, sed diversa urbe oriundum, formae virtute praestare, cuius pulebritudinem spectaverit Prienensis. De 'Prienensi' cf. caput VIII.

Arati amores Theocritus 'Thalysiorum' v. 105 attingit εἴτ' ἄρε' ὁ γ' ξοτι Φιλίππος ὁ μαλθακός<sup>8)</sup>), εἴτε τις ἄλλος ac Moloni Arati aemulo v. 125 diras imprecatur, ut sese suspendat: εἰς δ' ἀπὸ τύσσε, φέρουτε, Μόλων ὅγχοιο παλατοργα. Ubi scholiasta Ambrosianus: Μόλων ἡ Σιμων Αράτον ἀντεραστής. Inferri in textum ob quantitatem non potest Σιμων, tametsi haud defuerunt qui tam lubricum et fallax interpretandi iter ingrēderentur. Concludimus potius doctum quendam poetae enarratorem antiquum non Molonem sed Simonem aemulum in probo quodam litterarum monumento nominatum repperisse. Cumque Aratum in 'Carminibus minutis', sive Elegiis sive Epigrammatis, constet de amoribus suis et rebus ipsum locutum esse, haud esse incredibile largieris, illinc Simonis provenisse memoriam. Irrita igitur Hilleri dubitatio in H. Fritzschii editione p. 129: Entweder wurde Simon als Nebenbuhler Arats in dessen kleinen Gedichten genannt, sodass man vermuten könnte, er sei mit dem hier erwähnten Molon identisch, oder (wie Meineke annahm [p. 261 editionis]) Simon war eine Corruptel im Texte unsrer Stelle. Ceterum Μόλων breviate nominis alicuius forma, eius pars altera a stirpe μολ̄ deveniat. Altera

<sup>8)</sup> 'Hier ist der Name wol mit Besug auf φιλέτη gewählt' Fritzschius p. 127 perperam coniecit. Non dubium, quin certa persona sit (Haerberlin 'Carm. fig.' p. 54).

dissimulatur quidem, sed recuperari poterit. Nominis ita compositi exemplum adhuc pluriens innotuit Ἀγχιμόλος sive Ἀγχιμόλιος, item Ἀγχιστολις Ἀγχιστολος. Iam poetam memento in nominum usu ludere libenter et veriloquia captare iocantem, velut v. 99 sq. οἶδεν Ἀριστις (Arati delicias), ἐοθλὸς ἀνήρ, μέγ' ἄριστος. Quid igitur, si in versu εἰς δ' ἀπὸ ταύτης, φέροιτε, Μόλων ἄγχοιστος τακτάστρας<sup>10)</sup> occultatur Ἀγχιμόλος quidam vel Ἀγχιμόλιος integro nomine vocatus<sup>11)</sup>? Breviata personarum nomina diligit Theocritus: Ἀριστις Θύραις Χρόμις Χάλκων Αἴγυρος alia.

EPIGRAMMATUM conlectionem uno fortasse volumine conditam Vergiliiano exemplo inter τὰ ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ reponimus. Ac videtur ita Suidas dispescendus: ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ. 1) Εἰς Φίλαν τὴν θυγατέραν Ἀρτιπάτρου, γυναικα (?) δ' Ἀρτιγόνον. [Ἀρατούην, scribe Ἀρατολήν, cf. p. 220], 2) Εἰς Πανσαρίαν τὸν Μακεδόνα. Cetera omissa compilatorum vitio, quorum manibus tradita haec ad Suidam usque pervenerunt. Erratum vero est, Antigoni uxorem patre usam fuisse Antipatro — Seleneo Nicatoris filio utebatur, cf. Achillem p. 53 West., R. Koepkium 'De Arati Solensis aetate' progr. Guben. 1867 p. 2<sup>o</sup>, Usenerum 'Mus. rhen.' 1874 p. 42 — ideoque μητέρα olim pro γυναικα exstitisse opinamus, quoniam Phila Antipatri filia mater Antigoni erat: quod excerptor nescio quis, cum unam solummodo Philam Antigoni regis novisset uxorem, suo Marte propulsavit. Aliter ac difficilius Usenerus passum esse lacunam locum Suidianum ratus post Ἀρτιπάτρου censuit tale quid addendum *(μητέρα δὲ Ἀρτιγόνον, καὶ εἰς τὴν ὁμώνυμον, θυγατέρα μὲν Σελείνον) γυναικα δ' Ἀρτιγόνον.*

Item addimus ΠΑΓΝΙΑ (Suid.) eodem exemplo permoti, cum vel 'Priapea' inter τὰ 'Κατὰ λεπτόν' Vergiliana legantur. Constat Philetam et ipsum edidisse 'Πατύρια'<sup>12)</sup>.

<sup>9)</sup> Scholiasta: ἔξωθεν τοῦτο ἐπιφρονοῦσιν. At poeta, ne ἔξωθεν esset infesta aemulo exclamatio, dederat operam interserta appellatione amici. Scriptor Περὶ ὑψ. 33, 4 cum in bucolicis πλὴν ὀλίγων τῶν ἔξωθεν Theocritum felicissimum iudicavit, num talia habuit in animo? Buecheler 'Mus. rhen.' XXXIX (1884) p. 276.

<sup>10)</sup> 'Molonis' nomen etiam in Coorum historia fabulari exstat, cf. Dibbelt 'Quaestiones Coae mythologae' (Gryph. 1891) p. 19. 29.

<sup>11)</sup> Cf. Bach 'De Phileta' p. 14. Terminus πατύριον rhetoribus debetur: Hermes' 1887 p. 575 sq.

Denique EPICEDIA inserimus, i. e. 'carmina funebria', unde haec supersunt vestigia.

## I

*EΙΣ ΜΥΠΙΝ ΤΟΝ ΑΛΕΛΦΟΝ ΕΠΙΚΗΛΕΙΟΝ* Achill.  
p. 55 West.

## II

*ΕΠΙΚΗΛΕΙΟΝ ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΥ* Suid. .

## III

*EΙΣ ΘΕΟΠΡΟΠΟΝ* Suid. Quod carmen epicedium vocat enarrator Arati ex scholio Marciano ad 'Phaen.' v. 257sqq. et Veneto A ad 'Il.' XVIII v. 486 a nobis refectus in 'Analectis Erato-sthenicis' p. 49:

Ἐπτάποροι δὴ ταὶ γε (Pliades) μετ' ἀνθρώπους<sup>12)</sup> ὑδέονται,  
ἔξι οἰτα περ ἔοῦσαι ἐπόψιαι ὁφθαλμοῖσιν.  
οὐ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθῆς ἐκ Διὸς ἀστήρ,  
ἔξι οὖ καὶ γενεῆθεν ἀκούομεν, ἀλλὰ μάλ' αὐτως  
εἴρεται. ἐπτὰ δ' ἐκεῖναι ἐπιφρήδην καλέονται.

SCHOL. ARAT.

SCHOL. HOM.

τῶν δὲ Πλειάδων οὐσῶν ἐπτὰ  
πάνυ ἀμαυρὸς ὁ ἔβδομος ἀστήρ  
ἐστιν, ὡς μὲν Ἡρατος ἐν τῷ

*EΙΣ ΘΕΟΠΡΟΠΟΝ ΕΠΙ-  
ΚΗΛΕΙΩΙ φησι, (διὰ τὸ) Τροίας  
πορθομένης τὴν Δαρδάνου  
Ἡλέκτραν μίαν οὔσαν τῶν Πλει-  
άδων φυγεῖν τε τὴν τῶν ἀδελφῶν  
σύνοδον καὶ τὰς κόμας λύσα-  
σαν ἐνίστε κομήτην ἀστέρα φα-  
νεσθαι κτλ.'*

1 τοῦτο (v. 259) πρὸς τοὺς εἰ-  
πόντας (ῶν ἔστι καὶ αὐτὸς ἐν τῷ  
*EΙΣ ΘΕΟΠΡΟΠΟΝ ποιήματι*)  
τὴν Ἡλέκτραν φυγεῖν καὶ μὴ  
5 ὑπομείναι ἰδεῖν τὴν Ἰλιον ἀλισ-  
κομένην καὶ τοὺς ἐκγόνους δυστυ-  
χοῦντας. τὸν γὰρ Δάρδανον παῖδα  
Διὸς καὶ Ἡλέκτρας εἰρήκασιν.

1 εἰς scripsi: πρὸς Venetus || 3 θεόπροπον Venetus et Suidas: θεό-  
προμον Marcianus || 4 φυγεῖν Venetus: φεύγειν Marcianus || 8 εἰρήκα Mar-  
cianus, quod esse potest et εἰρήκαμεν et εἰρήκασιν.

<sup>12)</sup> μετ' ἀνθρώπους Marcianus cum scholiis: μετ' ἀνθρώποισι Parisinus A. Utrumque in Arato ferendum, illud utique Homericis exemplis confirmatur. Cf. T. Mommsen 'Beiträge zu den griech. Präpositionen' 1886 p. 191.

δίναιτο δ' ἄν καὶ ὑπέρβατον εἶναι, ‘ἐπτάποροι οὖσαι καὶ ἐπό-  
ψιαι ὄφθαλμοισιν ἔξ οἰσι — παρ' ἀνθρώποις ἔδεονται’· τῶν  
γὰρ ζ' ὀφεμάτων λέγων τὸν κατάλογον σύνδηλος ἔστι σημαίνων  
τῷ ἀριθμῷ τούτῳ καὶ συντιθέμενος.

Excerptoris oratio non ita accipienda est, quasi quae in epicedio fecisset antea ea corrigerem voluisse Aratus. Itaque obstaret nihil, quominus post 'Phaenomena' demum in Theopropum Aratus carmen lugubre scripsisse putaretur. Non quaesivimus, Theopropus iste quisnam fuisset, sed ultiro oblatam conjecturam peritorum existimationi committimus. Menedemum philosophum Eretriensem Arati consuetudine gavismus esse per Antigonus Carystium constat Diog. Laert. II 17, 10 (= p. 97 Wilam.): ἦν δὲ καὶ φιλυπτόδοχος καὶ διὰ τὸ νοσᾶδες τῆς θεοτοιας πλείω συνάγων συμπόσια, ἐν οἷς καὶ ποιητῶν καὶ μουσικῶν. ἡσπάζετο δὲ καὶ Ἀρατον καὶ Λυκόφρονα τὸν τῆς τραγῳδίας ποιητὴν καὶ τὸν Ρόδιον Ἀνταγόραν. Hinc posteriores magistrum Arati Menedemum scripserunt (Suid. s. v. Ἀρατος). Iam vero Menedemus Clisthenis erat filius τοῦ τῶν Θεοτροπιδῶν καλομύρεων, ἀνδρὸς εὐγενοῦς μέν, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ πέντος (Diog. Laert. l. c.). Quid multa? Gentilis Menedemi Theopropus fuisse videtur inde a convictione Eretriensi Arato cognitus<sup>13)</sup>). Gentiles nomen conditoris interdum filiis indidisse numero exemplorum haud parvo stabiliri potest. Veluti Alcmaeonida erat Alemaeo Atheniensis, Lycomedes Lycomida (interponas \*Λύκομος abbreviatum). Ceterum comparaveris non inepte, quod Lycophro fabula quadam satyrica *Μενέδημος* inscripta ipsius Menedemii memoriam celebravit (Ath. X p. 420 A).

*EIS ANTIGONON* (Suid.) cui carminum generi adscribatur, obseurum. Quod p. 222 e prooemio quodam Arateo frustulum attulimus «Ἀρτιγορε, ξεινων ἱερὸν θάλος», hinc segregandum esse nobis persuasimus. Cf. caput VIII.

GRATIARUM libri aut duo aut plures in Helladii 'Chrestomathia' (Phot. 'Bibl.' cod. 279 p. 531 a 13 sqq.) commemorantur, postquam in iis quae antecedunt grammaticus de vocula «τέττα»

<sup>13)</sup> Θεόπροπος, fabularis gentis auctor, 'vates' fuit: cf. Εὐμολπίδας Κήρυξ atticos. Nomen compositum est, ut Λαόπροπος-Πρεπίλαος. Quod monemus ob Windischium 'Sitzungsber. der sächs. Gesellschaft der Wiss.' Lipsiae 1892 p. 202 sq.

(‘Il.’ IV v. 412) disputavit: καὶ ἄλλα δέ ἔστι ξενίζοντα ἐν τοῖς ‘Ομήρου, μεθ’ ‘Ομηρον δὲ σαρῆ τῇ χρήσει γεγονότα καὶ τὴν λύσιν τῆς ἀπορίας ἐπιδεξάμενα. τὸ δὲ «τέττα» οὐδὲν τοιοῦτον τῆς ἀγνωσίας καὶ τοῦ μὴ διημαρτῆσθαι ἐξείλετο. οὐ τοίνυν «τέττα» δεῖ γράφειν ἄλλὰ «τέτλα», τῆς ἐπὶ τέλους συλλαβῆς ἀποχοπείσης τοῦ ‘τέτλαθ’. καὶ γὰρ ἔστιν εὑρεῖν τὸ «τέτλα» λεγόμενον παρὰ διαφόροις, ὡς καὶ Ἀρατός φησιν ἐν ΧΑΡΙΤΩΝ πρώτῃ «τέτλα —». Pertinet eodem Hesychius s. v. τέτλα] ὑπόμεινον, ἀνέχον monente M. Schmidtio. Quid ΧΑΡΙΤΕΣ illae sibi vellent, nec Meinekius ‘Vind. Strab.’ p. 180\* nec Knaackius ‘Herm.’ 1883 p. 28 assecuti sunt<sup>14</sup>). Rettulimus ad ‘Minutorum’ seriem de argomento e Theocriti ‘Gratiis’ ad Hieronem missis aliquid divinari posse existimantes. Item Meleagrum adhibemus ‘Anth. Pal.’ IV 3sq. ἀνιοε μὲν Μελέαγρος, ἀριζάλῳ δὲ Διοκλεῖ μναμόσυνον ταύταν ἐξεπόνησε χάριν et Crinagorae in ‘Anacreontorum’ volumen effatum XXIX Rub. βιβλων ἡ γλυκερὴ λυρικῶν ἐν τεύχει τῷδε πεντὰς ἀμιμήτων ἔργα φέρει Χαρίτων<sup>15</sup>).

<sup>14</sup>) ‘Musas’ historiae Herodoteae aevo alexandrino inscriptas ne neglegas neve ‘Bacchus’ Philolai (Boeckh ‘Philolaos des Pythagoreers Lehren’ p. 36).

<sup>15</sup>) Scripsit ‘Περὶ χάριτος’ Dionysius Transfuga Laert. Diog. IX 4, 5. Cleanthem idem fecisse mala Casauboni suspicio est e depravata Laertii VII 1, 14 (I p. XIX W.) scriptura χαλκοῦ derivata: ἐξέκλινε δέ φασι (Zeno) καὶ τὸ πολυδημῶδες, ὡς ἐπ’ ἄκρον καθίζεσθαι τοῦ βάθρου κερδαίνων τὸ γοῦν ἐτερον μέρος τῆς ἐνοχλήσεως, οὐ μὴν οὐδὲ μετὰ πλειόνων τῶν δύο ἡ τριῶν περιεπάτει. ἐνιοτε δὲ καὶ χαλκὸν εἰσέπραττε τοὺς παρισταμένους, ὥστε δεδιότας τὸ διδόναι μὴ ἐνοχλεῖν, καθάπερ φησὶ Κλεάνθης ἐν τῷ ‘Περὶ χαλκοῦ’. πλειόνων τε περιστάντων αὐτὸν δεῖξας ἐν τῷ στοᾷ κατ’ ἄκρον τὸ ἕνδινον περιφερὲς τοῦ βωμοῦ ἔφη κτλ.’ Menagiust pro χαλκοῦ posuit χρόνον, Wachsmuthius sine causa χρειῶν coniecit. Probabilius *H.P.A.K.* i. e. ‘Ηρακλείτου ε  
χαλκοῦ elicueris. τῶν ‘Ηρακλείτου ἐξηγήσεων τέσσαρα βιβλία Laertius VII 1, 174 IX 1, 15 attulit. Neque aliter liber Boethi Arateus modo ‘Περὶ Ἀράτου’ modo ‘τῆς Ἀράτου ἐξηγήσεως βιβλία’ citatur (p. 152 sqq.). Pronum erat, Stoicum praesertim — Heraclitum Stoici amabant — Heracliti in plebeculam effata interpretantem Zenoneum vulgi despicatum conferre, sicut physica utriusque eo consilio idem Cleanthes (II p. XII W.) composuit, ut Zenonem ab Heracliteis placita sua derivasse monstraret. Wilamowitz ‘Antigonos von Karystos’ p. 115<sup>25</sup>. U. Koehler ‘Mus. rhen.’ 1884 p. 297.

## 4. ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

Duo EPISTULARUM volumina Suidas distinxit 1. Ἐπιστολάς  
2. Ἐπιστολὰς δμοίως, καταλογάδην.

Prior igitur EPISTULARUM sylloga versibus continebatur, ac possit fieri ut quod in lexicographi articulo antecedit *ΗΘΟΠΟΙΙΑΣ* ad *ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ* spectet quodammodo (cf. Bentley 'Phalaridea' p. 81 Ribb.). Nihil hinc hodie relictum. *Ignotum hoc aliis ille novavit opus* de Heroidum suarum epistulis, ad Latinos videlicet a se propagatis, Ovidius 'Artis amatoriae' III v. 346 gloriatur.

EPISTULAS prosa oratione scriptas fraudis coarguit Apollonides, Nicaenus natione, cognomine Cepheus, dixitque Sabidii Pollionis esse. Quem Pollionem apud Eusebium ('Praep. ev.' X 3, 23 p. 467 Dind.) Marekcius repperit in 'Symbola critica ad Epistolographos graecos' (Bonnae 1883) p. 7: *Πολλῶνος ἐπιστολὴ πρὸς Σωτηρίδαν* 'Περὶ τῆς Κτησίου κλοπῆς' τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ 'Περὶ τῆς Ἡροδότου κλοπῆς' ἔστι βιβλίον, καὶ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ 'Ἔχενται' πολλὰ περὶ Θεοπόμπου λέγεται. Soteridas, parens Pamphilae, sub Augusto Romae efflouruit. Iam locos qui supersunt commemoramus.

1. Theo Vita III p. 58 West. ἐκέχογτο δ' ὁ Ἀρατος Ζήνων τῷ στωικῷ φιλοσόφῳ, καὶ γέγραπται αὐτῷ ΕΠΙΣΤΟΛΗ πρὸς τοῦτον.

2. Achill. p. 52 W. ἀδελφοῖς δ' ἔσχε τρεῖς, Μίδοις *(καὶ)* Καλώνδαν (καλιόνδαν codex) καὶ Αθηνόδωρον διμάντυμον τῷ πατρὶ. μέμνηται δ' αὐτοῦ των ἀδελφῶν ἐν ταῖς εἰς αὐτὸν ἀταφερομέναις ΕΠΙΣΤΟΛΑΙΣ.

3. Achill. p. 53 sq. W. (Antigonus rex) φιλόλογος δὲ γενόμενος καὶ περὶ ποιητικὴν ἴσπονδακώς περὶ πολλοῦ ἐποιήσατο πολλοὺς μὲν καὶ ἄλλους τῶν πεπαιδευμένων ἔχειν παρ' αὐτῷ καὶ δὴ καὶ τὸν Ἀρατον. ὃς παρὰ τῷ βασιλεῖ γενόμενος καὶ εἰδουμήσας ἔν τε τῇ ἄλλῃ πολυμαθείᾳ καὶ *(τῇ)* ποιητικῇ προετράπη ὑπ' αὐτοῦ 5 τὰ Φαινόμενα γράψαι, τοὺς βασιλέως Εὐδόξου ἐπιγραφόμενον βιβλίον 'Κάτοπτρον' δόγτος αὐτῷ καὶ ἀξιώσαντος τὰ ἐν αὐτῷ

1 φιλόλογος δὲ γεν. Meineke: ἡν δὲ φιλόλογος γεν. codex || 7 κατόπτρον codex: corr Scaliger; 'Ἐνοπτρον' Theo Vit. III p. 59, 31 West. et constanter Hipparchus, cf. cap. VII.

καταλογάδην λεχθέντα περὶ τῶν φαινομένων μέτρῳ <ἐντ>εῖναι καὶ ἀμ’ εἰπόντος ὡς «εὐδοξότερον ποιεῖς τὸν Εὔδοξον ἐντείνας τὰ 10 παρ’ αὐτῷ κείμενα μέτρῳ». Sequitur temporis definitio. μέμνηται δὲ τοῦ ‘Κατόπτρου’ Εὔδοξου καὶ Ἀντιγόνου καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Αἰτωλοῦ καὶ ὡς ἡξιώθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως γράψαι ἐν ταῖς ἰδίαις ΕΠΙΣΤΟΛΑΙΣ Ἀρστος.

8 suppl Westermannus e l. 9 sq., ἔκθεῖναι coni Scaliger, εἶναι O. Schneider ‘Nicandrea’ p. 9; ἔμμετρα εἶναι scripsit Petavius || 9 ἐνδοξότερον scripsit Buhle II p. 464 || ποιήσεις coni Scaliger, ποιῆσις O. Schneider || ἐκτείνας codex, ἔκθεις coni Scaliger: corr Westermann.

Omnia quae exscripsimus, ex Arati ‘propriis epistulis’ provenisse ultima verba ostendunt.

4. Ib. τὰς δ’ Ἀράτου ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ, ὧν ἀνωτέρω ἐμνήσθημεν, πάντων σχεδὸν συμφωνούντων τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας αὐτοῦ εἶναι καὶ ὁμολογούντων γνησίας αὐτάς, μόνος Ἀπολλωνίδης ὁ Κηφεὺς ἐν τῷ γένετος Περὶ πατεψευσμένης ἴστοριας’ οὐκ εἶναι αὐτὰς Ἀράτου φησὶν, ἀλλὰ Σαβιδίου Πολλιωνὸς· τοῦ δ’ αὐτοῦ τεύτον φησὶν εἶναι <τὰς> ἐπιγεγραμμένας Εὐριπίδου Ἐπιστολάς. Attendas: liber Endoxi, rex Antigonus, Alexander Aetolus, ‘Phaenomenorum’ scriptio — omnia haec Arati commorationem Pellaeam attingunt. De rebus igitur Pellaeis accuratiora cum aliquo communicasse poetam intellegitur una fortasse epistula, fortasse vero etiam compluribus. Iam epistulam quandam reputes ab Arato ad Zenonem datam Athenas esse (cf. 1). Zenonis quanti interfuerit qua ratione Pellae degeretur apud regem cognovisse, propter Persaeum, quem in Macedoniam Aratus comitatus erat, et Philonidem apertum est, praesertim cum altero certe a. Chr. saeculo extiterit epistula ad Zenonem Antigoni itemque Zenonis ad regem responsum (Apollonius Tyrius Diog. Laert. VII 8 sqq.). Quae quidem scriptiones dum indubitata fide utantur, iurare nolumus<sup>1)</sup>; at non credimus Aratum Pellae epistulam, quam Theo indicavit in Vita tertia, (sive epistulas) Zenoni scripsisse (cf. 4). Potuit vero ἐν ταῖς ἰδίαις ΕΠΙΣΤΟΛΑΙΣ Achilles de una epistula sylloga inclusa dicere percommode.

Hipparchum epistulam istam Pellaeam aut non vidisse aut proficticia habuisse capite VI exposituri sumus. Quam rem fac con-

<sup>1)</sup> Cf. Susemihl. I p. 288<sup>11</sup>.

cessam esse (concessit inter antiquos Apollonides): iam notam temporis requirimus. Ac suppeditavit materiam querendi quamvis exiguum idem Apollonides. Is epistulas Euripideas ab eodem falsario quo Arateas Tiberii fere aetate confectas esse asseveravit. Deficientibus causis impeditur iudicium, nisi quod Euripidearum epistularum una cum Arateo argumento epistolico manifesta similitudine continetur. Pella et illa Athenas mittitur, dum apud Archelaum versatur Euripides, ut Aratus apud Antigonum. At quae a personato Euripide narrantur Cephisophonti (p. 277 'Epistologr.' ed. Hercher!) Specimen dabimus gustaturis.

*καὶ ἀφικόμεθα εἰς Μακεδονίαν, ὃ βέλτιστε Κηφισοφῶν, τό τε σῶμα οὐ μοχθηρῶς διατεθέντες καὶ ὡς ολόντε μάλιστα ἦν ἐπιεικῶς κομιζόμενοι συντόμως, καὶ ἀπεδέξατο ἡμᾶς Ἀρχέλαος. ὡς εἰνὸς τε ἦν καὶ προσεδοκῶμεν ἡμεῖς, οὐ δωρεαῖς μάνον, ὃν οὐδὲν ἔχομεν ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ φιλοφροσύναις, ὃν οὐδὲ ἄν εἴχαιτο τις μεῖζον παρὰ βασιλέων. καὶ πατελάβουμεν Κλείτωνα<sup>2)</sup>) ἐρρωμένου, καὶ ἔστιν ἡμίν τὸν ἐκείνῳ τὰ πολλὰ καὶ, ὅταν τύχῃ, σὺν Ἀρχέλᾳ ἀμεμπτος ἡ διαγωγή, πρός τε τοὺς ἔργοις οὐδὲν καλύνομεθα τοὺς τούτων γίγνεσθαι. ἀλλὰ πολὺς μὲν ἔγειται ὁ Κλείτων, πολὺς δὲ καὶ ὁ Ἀρχέλαος, ἐκάστοτε φροντίζειν τι καὶ ποιεῖν τῶν εἰωθότων ἀναγκαζοντες, ὥστε ἔμοιγε μισθὸν οὐκ ἀηδῆ μὲν οὐδὲ ἀπονον δοσεῖ Ἀρχέλαος ἀναπολάσσεσθαι τῶν τε δωρεῶν, ὃν ἔδωκε μοι εὐθὺς ἀφικομένην, καὶ διτε εἰστια με λαμπρότερον ἢ ἔμοι φίλον ἦν ἐκάστης ἡμέρας.*

Vix erit, qui talibus oblectetur subabsurdis. Proxima perinepta omnia esse luculenta interpretatione edocuit Bentleyus in 'Phalarideis' p. 557—574. Fabrica eadem atque in litteris Arateis proditur inde, quod tenor et momenta narrandi concordant. Igiturne commenticia ista de Arato? Nibildum contendimus praeter hoc: sola epistolographi fide (quae non dubia sed prorsus nulla est) eorum inniti sententiam, qui Arato 'Phaenomenorum' ex Eudoxo vertendorum facultatem et imperium detulisse Antigonum regem ad taedium usque recoquunt. In Buhlii 'Arateis' inopia iudicii et confusio etiam materiae vituperatur haud immerito. At ille quanto ceteris rectius dubitare de epistulae veritate coepit saltem!<sup>3)</sup> Vellemus in coeptis perrexisset!

<sup>2)</sup> *Κλείτωνα* codices.

<sup>3)</sup> II p. 464 *An verum sit in epistulis olim sub Arati nomine circumferri solitis traditum et ab auctore vitae Arati a Victorio et Petavio editae repetitum,*

Videamus porro. Ne inde quidem accrescit epistulae auctoritatis aliquantulum, quod in Arati 'Phaenomena' lepide Leonidae Tarentini dictum, ni fallimur, suum in usum epistolographus convertit. Nam cum scribit de Arato ὃς παρὰ τῷ βασιλεῖ γενόμενος καὶ εὐδοκιμήσας ἔν τε τῇ ἄλλῃ πολυμαθείᾳ καὶ τῇ ποιητικῇ προετράπη ὑπὸ αὐτοῦ τὰ Φαινόμενα γράψαι . . ὡς «εὐδοξότερον ποιεῖς τὸν Εὐδόξον, ἐντείνας τὰ παρ’ αὐτῷ κείμενα μέτρῳ», et scientiam Arati et virtutem poeticam, denique dictionis facetiam sumpsisse ex epigrammate Leonidae existimabitur 'Anth. Pal.' IX 25<sup>4)</sup>:

Γράμμα τούδ’ Ἀρήτοι δαήμονος, ὃς ποτε λεπτῆ  
φροντίδι δηγαιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο,  
ἀπλανέας τ’ ἄμφω καὶ ἀλήμονας<sup>5)</sup>, οἷσιν ἐναεργής  
ἴλλομενος κύκλοις οὐρανὸς ἐνδέδεται<sup>6)</sup>.  
ἀνείσθω δὲ καμὼν ἔργον μέγα καὶ Διὸς εἰναι  
δεύτερος, δοτις ἔθηκ’ ἀστρα φαεινότερα.

Iam vero ex commenticia epistulae narratione quid ad Arati carmen iudicandum consequeretur? Esset consectarium, ne tantillum quidem in 'Pbaenomenis' reperiri, quod ab Eudoxi libro alienum esset et, si quae poeta immiscuit e fabulari caeli memoria, Eudoxea ea quoque omnia. Persequi nolumus haec, cum sint haud mediocriter ridicula. An re vera credendumst, etsi credidere nonnulli, Virginis historiolam Eudoxum in libro mere astronomico fere ut in carmine Aratum enarrasse et alia insuper? Quae capite

*Antigonum iussisse Aratum Eudoxi librum prosa oratione scriptum metro condere atque ita Eudoxum ἐνδοξότερον reddere, nostra parum refert (?) Licet interim de fide narratiunculae huius dubitare, quoniam Eudoxi in 'Phaenomenis' suis plane nullam mentionem Aratus iniecit: quam tamen poetam facturum fuisse suspicari possumus, si 'Phaenomena' quodammodo in honorem Eudoxi condita essent. Patonius 'Inscriptions of Cos' p. 359 'Phaenomena' Arati apud Coos scripta esse nullo addito arguento edixit.*

<sup>4)</sup> Cf. Laert. Diog. VIII 91 τοῦτον ἀντὶ Εὐδόξου ἐκάλονν διὰ τὴν λαμπρότητα τῆς φύμης.

<sup>5)</sup> Planetas obiter tetigit in 'Phaenomenis' Aratus. Non ponderavit auri-ficia statera, quae praedicaret de Arato, Leonidas.

<sup>6)</sup> Ad ἐνδέδεται Jacobsius in 'Delectu epigrammatum' p. 113 Vergilii adscripsit 'Aen.' IV v. 482 *maximus Atlas axem humero torquet stellis ardentibus aptum* (ubi 'axis' ut πόλος pro caelo est, cf. p. 128). Nobis Homericum τὰ τ’ οὐρανὸς ἀστεφάνωται convertere uterque voluisse videtur (cf. p. 207<sup>47)</sup>).

VI composuimus<sup>7)</sup>). Nunc prooemium in rationem ducimus. Etenim si quis quae alius conscripsit translaturus tantae et gravitatis et pietatis quantae Aratus prooemium promeret, levis impius absurdus esset quam maxime. In isto vero prooemio quid ille? ἔμοι γε μὲν ἀστέρας εἰπεῖν γέ θέμις εὐχομένῳ τεκμήρατε πάσαν ἀοιδήν Musas invocat. A musis edoctum sese dicit. Hinc posterior aetas Uraniam Musam Arateam effecit: ita est in monumento Trevirensi nuper reperto 'Antike Denkmaeler' I tab. 47—49, ita in veteri ac probo de Masis excerpto (Studemund 'Jahrbuch des d. Instituts' V p. 1 sqq.). Sua igitur canturus est Aratus (etsi prompto auctorum quorundam — inter quos praeminebat Eudoxus utique — auxilio sublevatus), ipse snapte sponte eyclum Metonianum, et non Eudoxus, praedicavit versibus p. 18 sqq. adpositis, alia.

Quantas vero turbas in Diosemiis illud epistolographi commentum excitaverit, ex iis metiariis quae Boehmius nuper 'De Theophrasteis quae feruntur Περὶ σημείων excerptis' Halis 1884 p. 2 sqq. suo Marte periclitatus est. Ipsius verba proferimus: *Tanta enim intercedit similitudo inter Arati Diosemias et illum Theophrasti librum, ut, cum fere omnibus persuasum sit Theophrasti non genuinum librum sed excerpta tantum extare, Arati editores Diosemias ad excerptorum illorum normam castigarint rati ex integro Theophrasti libro nunc desperito Aratum petisse, quae Dioseniis illustraret. Verum per ea, quae de Arati vita et scriptis nobis tradita sunt, minime licet credere e Theophrasti peripatetici opere Aratum poetam uni (?) Stoicorum familiae adscriptum prompsisse quae versibus ornaret, immo verisimile est eundem Eudoxum, qui in Phaenomena introduxit poetam, etiam Diosemiarum materiam suppeditasse. In prima enim Arati Vita haec sunt etc.<sup>8)</sup>*). Omnia haec concidunt. Cadit vero etiam Boehmii de Eudoxea Signorum

<sup>7)</sup> Posuit hoc Grafius loco infra citando, repudiavit Franzius 'Stud. Lips.' 1890 p. 358. Cf. cap. VII.

<sup>8)</sup> Buhle II p. 467 recte: *probari neguit Aratum praeter Eudoxum veterum astronomorum consultuisse neminem, praesertim cum ille, quod Hipparchus monuit, saepius cum Eudoxo non conspiret. Temere Salmasius 'Exercitationes Plinianae ad Sozinum' p. 528 Phaini vestigiis institisse putavit Aratum. Cf. Petavius l. c. VI 9. Geminus l. p. 153 c. non dicit iisdem quibus Aratum signis instruetum fuisse librum Eudoxi, sed eodem signorum genere. Male igitur Boehmius p. 4.*

'Theophrasteorum' origine argumentatio. Nam quae causatur ille argumenta! Vociς ἐπιτολή absentiam, Eudoxeum terminum ἀκρόνυχος (at iam Hesiodus ἀκροκνεφαῖος 'Opp.' v. 567), anni mensis diei bipartitiones Eudoxo notas, eiusdem farinae consimilia Boehmianus comportavit non frustra quidem, si singula persequentem examinaveris, sed neutiquam ita ut in peripateticam Signorum 'Theophrasteorum' originem iactari levissimam suspicionis umbram existimandum sit<sup>9</sup>). Peripateticus igitur is, qui 'Theophrasti' Signa conlegit, cum aliis regionibus graecis, insularibus potissimum, tum continentis atticae excerpta sua et proprie etiam observata accomodavit. Utraque enim dicimus ideo, quod ita ipse voluit scriptor in 'Signorum' praefatiuncula ('Περὶ σημείων ὑδάτων καὶ πνευμάτων καὶ χειμώνων καὶ εύδαινου' p. 389 Wimmer.), unde haec delibamus: διὸ καὶ ἀγαθοὶ γεγένηται κατὰ τόπους τινὰς ἀστρονόμοι ἔνιοι, οἷον Ματρικέτας ἐν Μηθύμῃ<sup>10</sup>) ἀπὸ τοῦ Λεπτεύμινου, καὶ Κλεόστρατος ἐν Τενέδῳ ἀπὸ τῆς Ἰδης, καὶ Φαεινὸς Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ Αιναβηττοῦ. ⟨ὅς⟩ τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνειδε, παρ' οὖν Μέτων ἔκούσας τὸν τοῦ ἑνὸς δέοντα εἴκοσιν ἐνιαυτὸν συνέταξεν. ἢν δὲ ὁ μὲν Φαεινὸς μέτοικος Ἀθήνησιν, ὁ δὲ Μέτων Ἀθηναῖος καὶ ἄλλοι δὲ τὸν τρόπον τούτον ἡστρολόγησαν<sup>11</sup>). Quae hi ipsi singillatim observitaverant, Peripateticus (immixtis suis § 1) complexus est quadamtenus. At desideramus inter enumeratos Eudoxum! Quem oppressum silentio demiraremur, si modo omnium praecipius fuit scriptoris fons, et fraudis Peripateticum fas esset inculpari. Vides quo Boehmii trahat opiniuncula!<sup>12</sup>)

<sup>9</sup>) Assentiri non debebat Susemihlius I p. 299<sup>ns</sup>.

<sup>10</sup>) *Ματρ(ο)-ικέτας*, ut ΔΙΤ(ο)-ικέτας = Δικέτας (aliter Wilamowitzius 'Eur. Herakles' I p. 63<sup>25</sup>) \*'Απελλ(ο)-ικέτας (= 'Απελλικῶν: Fick 'Griech. Eigennamen' p. XVII) \*Πνθ(ο)-ικέτης Πνθίκων Dittenberger 'Sylloge' 370, 68 in titulo Erythraeo. [W. Schulze 'Quaest. ep.' p. 525].

<sup>11</sup>) Sensit Boehmianus recti aliquid p. 63: *Certe offendio quaedam inest, quod de obscuris illis hominibus praedicat scriptor, astronomum omnium illustrissimum Eudoxum omittit. At si non adhibuit Eudoxum?*

<sup>12</sup>) Diximus 'Herm.' l. c. criticam Arati e 'Theophrasti Περὶ σημείων' libello fructum haud mediocrem percipere. Exemplum proferimus, ea ut suppleantur quae diximus p. 190, Plutarchi simul locum ad hunc usque diem et conjecturis et interpretandi ratiunculis vexatum emendaturi 'De sollertia animalium' p. 967 Wytt. τὰς δὲ τῶν σπερμάτων διαθέσεις καὶ διαψύξεις ἐκτὸς (formicarum) ὑετοῦ ποιεῖται σημεῖον ὁ Ἀρατος (v. 956 sq.).

rescripsimus *Kαρύστιος* et Antigonus illum statuimus iuxta Dositheum in vitae tertiae exemplari pleniore nominatum fuisse, unde biographus alter alterum testem descriptis.

Ex 'Phaenomenis' de dictionis et syntaxeos Homericae proprietatibus quid in editione Aratus secutus sit, hic illic extricare licet. Proposuimus pauca passim per caput II, plura Loebius congressit in utili libello 'De Arati Solensis elocutione' Halis 1864.

Vocavit non ante annum ± 270 Aratum ex aula Antigoni regis sibi adfinis Antiochus Seleuci filius, ut apud se Homeri recensionem curaret, Ptolemaeorum exemplo — nisi omnia fallunt — commotus. καὶ πάκεται τις διόρθωσις οὗτος Ἀράτειος, ὡς Ἀριστάρχειος καὶ Ἀγιοτοράνειος. Editionem igitur perfecit adparatu critico inaedificatam, quae cum alexandrinis recensionibus quadamtenus comparari posset. Quod non valuerit Aratus, nisi doctrinae et edendi supellectile commode parata. Et cum bibliotheca Antiochena ante medium alterum a. Chr. saeculum non sit condita, Antiochiae vix dixeris Aratum regis iusso sategisse. Probabilius vero hue trahendum erit, quod in Achillis vita Aratea p. 52 West occurrit: Ἀσκληπιάδης δ' ὁ Μυρκεανὸς ἐν τῷ ταί 'Περὶ γραμματικῶν' Ταρσέα φρστὶ γεγονέται (Aratum), ἀλλ' οὐ Σολέα, Καλλιμέχου πολυτεστορος ἀνδρός καὶ ἀξιοπιστού Σολέα λέγοντος αὐτὸν γεγονέναι διὰ τούτων «ἀλλ' ὅκντω μὴ τὸ μελιχρότατον τῶν ἐπέτων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο» καὶ τῶν ἀλλων σχεδὸν πάντων<sup>16)</sup>). Item Alexander Milesius de Chrysippo Solensi statuit Diog. Laert. VII 179. *Das muss in den kilikischen Verhältnissen der Zeit, welcher beide angehören, irgend welchen Grund haben olim edixit Wilamowitzius ('Antigonus von Kar.' p. 111<sup>16)</sup>.*

<sup>16)</sup> Pomponius Mela I 71 p. 20 Parthey: *Deinde urbs est olim a Rhodiis Argivisque, post piratis Pompeio adsignante possessa, nunc Pompeiopolis, tunc Soloe. Iuxta in parvo tumulo Arati poetae monumentum ideo referendum, quia (ignotum quam ob causam) iacta in id saxa dissiliunt.* Isaaccus Vossius ad h. l. (editionis Gronovianae, Lygd. Bat. 1722, p. 379): *Hoc miraculum nemo quod sciāt alius prodidit. In vita tamen inedita Arati Solis sepultus esse traditur. Hinc forsitan factum, ut Solensis creditus sit, nisi potius hoc contigit, quia Solis habitarit. Nos Vossii vitam ignoramus, quae fuerit. Aratus apud Antigonum regem mortuus est (Suid.), cum e Syria esset redux, incertum quo anno. Nummi Solensium Arati fortasse capite ornati: Head 'Historia nummorum' p. 612. Cf. inferius cap. VI.*

**ΕΠΙΘΥΤΙΚΟΝ** Suidas de eodem opusculo, si dis placet, Arateo. Esset hoc de ture cremando (cf. Θορυτικά Suid. s. v. Ὁρφ.). **ΘΥΤΙΚΟΝ** est de sacrificiis mactandis. Habet Plato nonnulla de libellis in circulatorum usum sacra administrantium compilatis ('De rep.' II p. 364 E; Lobeck 'Agl.' I p. 355. 371)<sup>13)</sup>. Ipsam hieroskopiam intellegimus, quam optime inlustravit Georgius Schöemannus ('Griech. Alt.' II<sup>3</sup> p. 286)<sup>14)</sup>.

**ΑΙΟΡΩΣΙΝ ΟΛΥΣΣΕΙΑΣ** Theonis et Suidae Vitae. **ΑΙΟΡΩΣΙΝ ΙΛΙΑΙΟΣ** Achilles p. 54 W.: τινὲς δὲ (velut Dositheus, cf. p. 159) αὐτὸν εἰς Συρίαν ἐλῆλυθέντες φασὶ καὶ γεγονέναι παρ' Ἀρτιόχῳ καὶ ἡξῶσθαι ὑπὸ αὐτοῦ ὥστε τὴν Ἰλιάδα διορθώσασθαι διὰ τὸ ἵπο πολλῶν λελυμάνθαι. Versio latina p. 32 Breysig.: didicit quidem et *Odysseam*; et Gecraustius inquit quasi praesudens ab imperatore et *Iliadem* scripsisse seu Homerum dirigere. Hoc fere est: διωρθωσε μὲν καὶ Ὁδυσσείαν· ὁ γε (vel ὁ δὲ) Καρύστιος λέγει, ὅτι ἡξιωμένος ὑπὸ *(Ἀρτιόχου)* τοῦ βασιλέως ἔγραψε καὶ Ἰλιάδος διόρθωσιν. Susemihlius δὲ Αισθέος praetulit propter Achillis testimonium. Quae conjectura cum nimis a traditarum litterularum facie discedat, est aliud tentandum. Et meminimus Antigonum Carystium narrasse in Timonis sceptici vita persequenda, quod facete Arato olim Timo de emendandis Homeri carminibus interrogatus responderat Laert. Diog. IX 113 (p. 43 Wilamowitz.)<sup>15)</sup>: φασὶ δὲ καὶ Ἀρατον πιθέσθαι αἰτοῦ, πῶς τὴν Ὄμηρον ποιησιν ἀσφαλῆ κτήσαιτο· τὸν δὲ εἰπεῖν, εἰ τοῖς ἀρχαῖοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι καὶ μὴ τοῖς ἥδη διωρθωμένοις. Ergo

<sup>13)</sup> βίβλων δὲ ὄμαδον παρέχονται (circulatores) Μονσαίον καὶ Ὄρφέως, Σελήνης τε καὶ Μονσῶν ἐκγόνων, ὡς φασι, καθ' ᾧς θυηπολοῦσι, πειθοντες οὐ μόνον ίδιωτας ἄλλα καὶ πόλεις, ὡς ἀρα λίσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσι μὲν ἔτι ζώσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελεντήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἱ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύνονται ἡμάς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένειν. Cf. Empedoclis 'Καθαρμοίς' — Θυηπολικόν Suid. s. v. Ὅρφ. Ἐξηγητικά: F. H. G.' I p. 412, Plutarch. 'Nic.' c. 23. Terminatio -ικός in titulis frequens (*Ονειροχριτικά*; *Ἄρχιτεκτονικός*; Lobeck 'Agl.' I p. 354sq.; Laert. Diog. IX 7, 46).

<sup>14)</sup> De fastis non cogitamus. Si cogites, ne neglegas Geminum p. 33 B. 35 B Petavii.

<sup>15)</sup> Wachsmuth. 'Sillogr.' p. 18.

rescripsimus *Καρίστιος* et Antigonus illum statuimus iuxta Dosi-theum in vitae tertiae exemplari pleniore nominatum fuisse, unde biographus alter alterum testem descriptis.

Ex 'Phaenomenis' de dictionis et syntaxeos Homericae proprietatibus quid in editione Aratus secutus sit, hic illic extricare licet. Proposimus panca passim per caput II, plura Loebius concessit in utili libello 'De Arati Solensis elocutione' Halis 1864.

Vocavit non ante annum ± 270 Aratum ex aula Antigoni regis sibi adfinis Antiochus Selenci filius, ut apud se Homeri recensionem curaret, Ptolemaeorum exemplo — nisi omnia fallunt — commotus. καὶ καλεῖται τις διόρθωσις οὐτως Ἀράτειος, ὡς Ἀριστιοχειος καὶ Ἀριστοφάνειος. Editionem igitur perfecit adparatu critico inaedificatam, quae cum alexandrinis recensionibus quadamtenus comparari posset. Quod non valuisset Aratus, nisi doctrinae et edendi supellectile commode parata. Et cum bibliotheca Antiochena ante medium alterum a. Chr. saeculum non sit condita, Antiochiae vix dixeris Aratum regis iusso sategisse. Probabilius vero hoc trahendum erit, quod in Achillis vita Aratea p. 52 West. occurrit: Ἀσπληνίδης δ' ὁ Μορλεανὸς ἐν τῷ ταί 'Περὶ γραμματιῶν' Ταρσία φράσι γεγονέται (Aratum), ἀλλ' οὐ Σολέα, Καλλιμάχον πολινίστορος ἀνδρὸς καὶ ἀξιοπιστον Σολέα λέγοντος αὐτὸν γεγονέται διὰ τούτων «ἀλλ' ὅκνεω μὴ τὸ μετριζότατον τῶν ἐπέτων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο» καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν πάντων<sup>16)</sup>). Item Alexander Milesius de Chrysippo Solensi statuit Diog. Laert. VII 179. *Das muss in den kilikischen Verhältnissen der Zeit, welcher beide angehören, irgend welchen Grund haben olim edixit Wilamowitzius ('Antigonus von Kar.' p. 111<sup>16</sup>).*

<sup>16)</sup> Pomponius Mela I 71 p. 20 Parthey: *Deinde urbs est olim a Rhodiis Argievisque, post piratis Pompeio adsignante possessa, nunc Pompeiopolis, tunc Soloe. Iuxta in parvo tumulo Arati poetae monumentum ideo referendum, quia (ignotum quam ob causam) iacta in id saxa dissiliunt.* Isaacus Vossius ad h. l. (editionis Gronovianae, Lygd. Bat. 1722, p. 379): *Hoc miraculum nemo quod sciāt alius prodidit. In vita tamen inedita Arati Solis sepultus esse traditur. Hinc forsitan factum, ut Solensis creditus sit, nisi potius hoc contigit, quia Solis habilitat. Nos Vossii vitam ignoramus, quae fuerit. Aratus apud Antigonum regem mortuus est (Suid.), cum e Syria esset redux, incertum quo anno. Nummi Solensium Arati fortasse capite ornati: Head 'Historia nummorum' p. 612. Cf. inferius cap. VI.*

Verum tale quid incompertum. Quid? si Tarsi potius per aliquod uterque tempus degebat, philosophiae hic ille edendi Homeri studiosus? Quamquam de solo Chrysippo sufficeret quod legitur in Strabonis libro XIV p. 671 patrem eius Tarso Solos transmigrasse. Tarsi litterarum omne genus iam tertio saeculo Seleucidarum opera ac favore effluerat. In illud enim tempus haud cunctanter transferendum censemus, quod de primo ante Chr. saeculo ita Strabo adfirmavit XIV p. 673, 13: *τοσαύτη δὲ τοῖς ἐνθάδε ἀνθρώποις σπουδὴ πρός τε φιλοσοφίαν καὶ τὴν ἄλλην παιδείαν ἔγκυκλιον ἀπασαν γέγονεν, ὥστε ὑπερβέβληται καὶ Ἀθήνας καὶ Ἀλεξάνδρειαν καὶ εἴ τινα ἄλλον τόπον δυνατὸν εἰπεῖν, ἐν φόροις καὶ διατριβαῖ φιλοσόφων γεγόνασιν.* De grammaticis quod fere sufficiat Ahrensius ‘Bucol.’ II p. XXXV—XL docuit<sup>17)</sup>). Addimus ipsi Aristophaneos et scholae et praceptoris infortunio ut Tarsum emigrarent nobis videri compulsos, ubi etiam Caesaris et Pompei aetate Artemidorus Aristophaneus bucolicis recensendis operam impendebat. Aristophaneorum nonnulli si Tarsum petiverunt, fecerunt id, ut studiis pergerent incumbere. Ideoque debebant esse certi, nec facultatem neque instrumenta ad grammaticam excolendam ibi sese defectura. Exstabat igitur Tarsi tertio iam saeculo schola grammatica<sup>18)</sup>). Ac possumus aliunde quoque eiusdem rei documentum nancisci. Zenodotus Mallota e Cilicia oriundus Chaldaeum fuisse Homerum voluit, scientia Chaldaeorum praeditum eundem dixerat etiam Crates et ipse Mallota. Ridebant Alexandrini Crateteae disciplinae adversarii, rident hodierni: nemodum aut inquisivit aut quaestione dixit dignum, qua ratiocinandi via ac quibus momentis ad tam mirificam atque adeo inauditam sententiam par illud criticorum perductum esset. At intra Seleucidarum regnum Chaldaeum cum permagna Graecorum Asiaticorum parte confusi, graeca studia in Babyloniam, Chaldaica ad Graecos id temporis translata. Historiam Assyriae grecce scriptam eidem,

<sup>17)</sup> De ceteris litteratorum generibus cf. Strab. l. c. Alios addidit Cless in Paulyi ‘Encyclopaedia reali’ s. v. p. 1624. J. Fr. Breithauptii ‘De claris Tar-sensibus’ (Gottingae 1748) disputatiuncula nullius pretii est.

<sup>18)</sup> Arati frater Athenodorus stoicus erat idemque grammaticus, qui contra Zoilum ‘Περὶ Ομήρου’ scripsit poetam defensurus (Diog. Laert. VIII 1, 72). Ubi scripsit, non liquet. An Tarsi? — Dignum mentione, quod Lyconem peripateticum frustra ad se Antiochus arcessebat Diog. Laert. V 67 (Wilamowitz ‘Antigonos’ p. 85, Meineke ‘Analecta’ p. 10).

qui Homericam editionem Aratum poposcit, Antiocho Berosus Beli sacerdos dedicavit. Tarsi maxime inde a proelio ad Ipsum commiso paulatim evenisse videtur, ut graecae litterae cum Asiaticis concurrerent ne Iudaeis quidem exclusis. Quodsi Pergami Cratetem et Zenodotum de Homero illud arbitrio finxisse putamus, rem absurdam stupere satis nequibimus; sin aut fietam in patria (et quid prohibet, quominus Crates, antequam Pergamum evocaretur, Tarsi docuerit et ibi habuerit inter discipulos Zenodotum, praesertim cum stoica fere utriusque philosophia non Pergami sed Tarsi vigeret?)<sup>19)</sup> aut acceptam ibi statuemus illos recoluisse tantummodo sive in ipsa patria sive apud Pergamenos: ratio constabit<sup>20)</sup>. Disciplina Aristophanis Tarso intermedia Pergamum usque penetravit, non integra tamen, sed novis aucta elementis, nonnullis etiam remissis. Totum de litteris Tarsicis locum non possumus adpendicis instar tractare quamvis necessarium et vel ad infimae aetatis studia percommodeum<sup>21)</sup>.

Arati editio mox obscurata cum ceterorum Alexandrinorum laude tum Aristophanis, cuius Homerum attulerant Tarsum discipuli.

Porro Aratus Achille teste p. 55 ‘ΠΕΡΙ ΟΜΗΡΟΥ’ peculiari commentatione egit nescio quid. Conturbata enim Achillis oratio est: ἔγραψε δὲ καὶ ἄλλα ποιήσατα· ‘Περὶ τε Ὁμίλου καὶ Ἰλιάδος, οὐ μόνον τὰ Φαινόμενα, καὶ Ἀστρολογίαν κτλ.’ Alienus quidem Westermannus hoc loco contendit Περὶ — Ἰλιάδος. Nos aliter sentimus, postquam optimae notae portiunculam istam esse inserto ⟨διόρθωσιν⟩ vocabulo cognovimus, et ita locum redintegrari eiectis interpolamentis censemus: ἔγραψε δὲ καὶ ἄλλα [ποιήσατα].

<sup>19)</sup> Ubi Cratetem Panaetius audiverit, Tarsi an Pergami, dubitabile. Schmekel (‘Philosophie der mittleren Stoa’ p. 3) Pergamum adfirmavit, cuius iudicium nihil a Strabone accipit firmamenti XIV p. 676: ἐπειδὴ (Mallo) δέ νῦν Κράτης ὁ γραμματικός, οὐ φησι γενέσθαι μαθητὴς Πανελπιός.

<sup>20)</sup> Philosophorum graecorum (Democriti et Pythagorae) ad Chaldaeos Magos Indos usque itinera si non commenta est haec aetas regioque, efficit certe, ut fidem facilius adipiscerentur. Cf. Fr. Schaefer ‘Quid Graeci de origine philosophiae a barbaris ducenda existimaverint’ (Lipsiae 1877) p. 31 sqq. 47. 50, a quo de Alexandrinorum studiis placitisque ad originem philosophiae barbaris vindicandam pertinentibus dissentimus.

<sup>21)</sup> E Tarsensi litterarum sede Sextus Empiricus provenit, Herodoti Tarsensis sectator (Diog. Laert. IX 12, 116).

*Περὶ τε Ὄμήρου καὶ Ἰλιάδος* ⟨διόρθωσιν⟩ [οὐ μόνον τὰ Φαινόμενα καὶ Ἀστρολογίαν πτλ.] Scripsit **ΠΕΡΙ ΟΜΗΡΟΥ**, ut Athenodorus frater, Cleanthes (*Περὶ τοῦ ποιητοῦ*), Zeno (*Προβλήματα Ὄμηρικά*)<sup>22)</sup>. An mirum hoc, in editore praesertim?

Librorum Arati laterculos adponimus aperta, quatenus id fieri potest, dispositione. Maiusculis titulos serierum designamus. Unum, quippe quod tollat cohaerentiam ceterorum, uncis [] inclusimus ut illa sede adventicium.

1. Suidas s. v. Ἀράτος.

Συνέταξε δὲ βιβλία ταῦτα. τὰ Φαινόμενα, ὡν θαυμάσιος ἡ εἰσβολὴ καὶ ὁ ζῆλος Ὄμηρικός. — ΥΜΝΟΥΣ· Εἰς Πᾶνα. Σπουδοφόρους. — ΠΛΑΙΓΝΙΑ. — Ἀστρολογίαν καὶ Ἀστροθεσίαν. — Σύνθεσιν φραμάκων θηριακῶν ἐπιτηδείαν. Ἀνθρωπογονίαν. — Ἐπιθυτικόν. — Εἰς Θεόπροπον. Εἰς Ἀντιγονον. — Ἡθοποιίας. — ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ. — ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ· Εἰς Φίλαν τὴν θυγατέραν Ἀντιπάτρου, μητέρα (?) δ' Ἀρτιγόνου. [Ἀνατολήν.] Εἰς Πανσανίαν τὸν Μακεδόνα. — Ἐπικήδειον Κλεομβρότον. — Διόρθωσιν Ὀδυσσείας. — (ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ ὅμοίως καταλογάδην).

Ordo priscus quadamtenus dispicitur, et si misere confusus. Quae ad ‘Phaenomena’ notantur de imitatione Homeri, Boethum stoicum redolent (cf. p. 152sqq.); ‘admirabilem exordii artem’ apud antiquissimos Arati interpretes stoicos p. 21 sqq. (cf. cap. VI) deprehendimus. Possit Boethus catalogi librorum esse compositor, epistularum seriem posteriorem si exemeris.

2. Achilles p. 55 W.

Ἐγραψε δὲ καὶ ἄλλα [ποιήματα]. *Περὶ τε Ὄμήρου καὶ Ἰλιάδος* ⟨διόρθωσιν; Odysseam p. 54 commemoraverat⟩ [οὐ μόνον τὰ Φαινόμενα] καὶ Ἀστρολογίαν καὶ Ιατρικὰ δυνάμεις καὶ Εἰς Πᾶνα ὑμνον καὶ Εἰς Μύριν τὸν ἀδελφὸν ἐπικήδειον καὶ Διοσμητας καὶ Θυτικὸν καὶ ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΟΝ ἄλλα. ἐπιτετευγμένως δ' αὐτῷ ἐγράφη τὰ Φαινόμενα . . . (τὰς δ' Ἀράτου ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ . . πάντων σχεδὸν συμφωνούντων τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας αὐτοῦ εἶναι καὶ

<sup>22)</sup> Krische ‘Lehren der griech. Denker’ p. 433, Wachsmuth. I p. XVII.

διμολογοίντων γησίας αὐτάς, μόνος Ἀπολλωνίδης ὁ Κηφεὺς  
ἐν τῷ ή 'Περὶ πατεψευσμένης ἴστορίας' οὐκ εἶναι αὐτὰς  
Ἀράτου φησίν, ἀλλὰ Σαβίδιος Πολλίωνος. τοῦ δ' αὐτοῦ  
τούτου φησίν εἶναι *(ιὰς)* ἐπιγεγραμμένας Εὐρυπίδου Ἐπι-  
στολάς.


Ultima in 1 et 2 cur simus cancellis complexi, p. 238 sqq. legitur.  
Multo magis quam in Suida intellegis genuinum ordinem in Achillea  
congerie evanuisse.

3. Vita II p. 56 W.

*Καὶ* ἔστιν αἵτοι ἔτερα συντάγματα, ἄξια δὲ μνήμης δ'.  
Ἐν μὲν Ἰατρικῶν δυνάμεων, δεύτερον δὲ Κανόνος πατατομῆ,  
τρίτον τὰ Φαινόμενα, τέταρτον τὸ Περὶ Ἀνατολῆς, ὃ φασὶ<sup>τινες</sup> μὴ εἶναι Ἀράτου, ἀλλ᾽ Ἡγησιάραχτος.

Tria ultima esse e serie ΑΣΤΡΙΚΩΝ attendas.

**VI. MEMORIAE ARATEAE ET HESIODEAE.**



Prooemium Arateum translatores LATINI<sup>1)</sup>) ASCLEPIADES Myrleanus CRATES Mallota (p. 33) noverant. Legit MANETHO. VI (III) v. 737 τόνδε γε μῦθον ἔχων ἄρρητον ἐάσω ~ 1, 2 τὸν οὐδέπιτεν ἄνθρης ἐῶμεν ἄρρητον contulit Bublius ad h. l. Quibus addere multa possis, velut Man. II (I) v. 3 ἀστρα δ' αρέ τηλίθια μυρτ' ἐν οὐρανῷ ἐστήρισται<sup>2)</sup>) ~ 10 αὐτὸς γὰρ τὰ γε σήματα<sup>3)</sup> ἐν οἰρανῷ ἐστήριξεν<sup>4)</sup>). Legit etiam et expressit Aratum quadamtenus oratione pedestri et garrula insuper ARISTIDES rhetor in 'Iovis hymno', qui syllogae Aristideae praefigitur. Nescimus an primi rem perspexerimus, perspectam vero confidimus certissime. Una quasi

<sup>1)</sup> Lucretio Arati prooemium obversatum esse Kiesslingii opinio est, cf. Susemihlii commentationem academicam Gryph. 1884 p. V.

<sup>2)</sup> Per se quidem si spectas unum illum locum, possit ex imitatione Hesiodea provenisse, cf. infra.

3) Repetitur hemisticchium II (1) v. 109 θοοῦ ὄντας ἐστήρικται. Tenendum omnino a 'MANETHONE' Aegyptio expilari Aratum, velut 'Man.' v. 9 δι' αἰθέρος αἱεὶς ἀρρηνὶς ἀπλαντία ~ 22 ἀ'σων αἱεὶς ἀρρηνὲν, 'Man.' ib. v. 24 Κενοσορόδος Ἀρχτον ~ 182, 'Man.' v. 134sq. στάχυν τ' ἐν χερσὶ φέρουσα Παρθένος ἀνθρώπων γενεὴν ποθέοντα παλαιῶν ~ 97 Παρθένον, ἡ δὲ ἐν χερσὶ φέρει στάχυν αἰγλήντα et 116 ποθέοντα παλαιῶν ἥδει λαῶν. MANETHONIS refert similitudines Arateas quotquot sunt — et multae sunt — congeri, Arati non item. Magnopere poetæ Aegyptii natione exeunte antiquitatis tempore 'Phaenomena' dilexerunt. DIONYSIUM Periegetam Pharium infra tractaturi sumus, in NONNO Panopolitanū rem monstravimus 'Anal. Erat.' p. 100sqq. Quae nibil nunc Arati gratia attinet augeri. NONNI vero narratiunculae ut recte aestimantur, summi sunt momenti flores Aratei. — LUCILLIUM 'Anthol. Pal.' XI 136 v. 1 ~ Arat. v. 131 et GREGORIUM Nazianzenum IV v. 101 (p. 211 Dr.) ~ Arat. v. 70 M. Schneideri diligentia p. 94 notavit. Cf. 'Berl. philol. Wochenschrift' 1888 p. 1462. — Denique MAXIMUM commemoramus 'Καταζωΐ' v. 25 (cf. v. 232, 551 et supra p. 104) Τοστηῆρος ἔλαφον ~ 506, Max. v. 467 πάντα φέρει πλάντα ἔργα φτιεῖνται ἥδε βαλέσθαι σπέρματα καὶ σηκοὺς εὐερκέας ἀμφιπλεύσθαι et v. 499 σὸν δέ κ' ἐν νεισοῖς βάλοισι σπέρματα θαρσαλέως θεῖναι τ' ἐν κλήματι γύροις πάντα τε δένδρεα καλά ~ 9 καὶ φυτὰ γυρῶσαι καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.

nota fontem ipse notavit. Dixerat enim Aratus loco celebri μεσταὶ δὲ Αἰός πᾶσαι μὲν ἀγνιατ., πᾶσαι δὲ ἀρθρώπων ὄγοςα, μεστὴ δὲ θάλασσα καὶ λιμένες, πάντη δὲ Αἴός πεχούμεθα πάντες. Aristides ita p. 10: καὶ πάντα δὲ παντοχοῦ Αἴός μεστά, καὶ πᾶσιν ἐφ' ἐπάστης πράξεως παριδονται, ὥσπερ οἱ διδάσκαλοι τοῖς παισὶ καὶ οἱ παραβάται τοῖς ἡγιόχοις. Totum Aristidis elogium ex Stoicorum et theologia et physica haustum est, ut Cornuti de Iove commentariolum vel quodlibet stoice scriptum, imprimis scholia Arati p. 21 sqq. a nobis adiecta et Firmiani Laetantii 'Divinas institutiones' I ad explicandum apte et utiliter usurpaverimus. Iovis et veriloquia et epitheta I p. 9 et 10 Dind. copiosius et in scholiis et Cornuto c. 2 et 9 (p. 3. 9 Lang) et Laetantio I c. 11 (p. 39 Brandt) adferuntur. Denique allegoriae studium denotamus, etsi occultatum, p. 3 de insidiis a Saturno Iovi paratis. Locum memoria Arati insignem et alia de causa fere unicum adscribimus: ἐποιησε δὲ πρῶτος αἰτός ξαντὸν, οὐ Κρίτης ἐν εἰώδεσιν ἀντροῖς τραφεῖς, οὐδὲ Ἐμέλλησεν αἰτὸν Κρόνος καταπιεῖν, οἰδὲ ἀρτ' ἔκτεινον λιθον κατέπιεν, οἰδὲ ἐκινδύνευσε Ζεὺς οὐδὲ μή ποτε κινδυνεύσῃ, οὐδὲ ἔστι πρεσβύτερον οὐδὲν Αἴός, οὐ μᾶλλον γε ἡ οὐεις τε πατέρων πρεσβύτεροι γένονται ἀν καὶ τὰ γιγνόμενα τῶν ποιούντων, ἀλλ' οὐδὲ ἔστι πρῶτος τε καὶ πρεσβύτατος καὶ ἀρχηγέτης τῶν πάντων, αἰτός ἐξ αἰτοῦ γενόμενος κτλ.<sup>2)</sup> Imitationem Arateam v. 33 sq. reperimus: δίκτῳ ἐν εἰώδει — ἀντρῷ ἐγκατέθεντο. Delectabilem vero de Iove ex se ipso progenito sententiolam, ut tam multa in illo elogio, stoicam et ipsam dicimus. Obstupuimus, cum stoicam istam opinionem explicando Arato admotam in commentario vide-remus. Hincne Aristides surripuit? Surripuit utique AVIENUS v. 25 sqq. itidem in prooemio Aratum transferens iuvante eodem, cuius in Marciano patescimus vestigium, Iovis Aratei enarratore:

*Hic digestorum speciem dedit, iste colorem  
imposuit rebus sexuque immixtus utroque  
atque aevi pariter gemini, simul omnia lustrans,  
sufficit alterno res semine.*

*Aevum geminum et sexuque immixtus utroque stoica sunt et  
ad «προτέρη γενέ» referenda: deus ipse se fecit<sup>2)</sup>). Iam confidentius aliquanto stoicum Aristidis Iovem ex Arati commentario provenisse*

<sup>2)</sup> Sunt Senecae verba apud Laetantium I l. c. ('Exhortationum' fr. 3 Haase).

contendimus<sup>5)</sup>). Iustum versus de Iove Aratei interpretationem capitii VIII inseremus.

DIONYSIUS PERIEGETA saeculo p. Chr. altero ieunam geographici carminis simplicitatem variis Arateae poeseos flosculis decorare et distinguere studuit. Ac primum quidem prooemii usum in 'Periegesi' animadvertisimus:

DIONYSIUS v. 1170—1183.

1170 αὐτὸν γὰρ καὶ πρῶτα θεού  
μελια τοργώσαντο (dii) καὶ  
βαθὺν οἰμον ἔδειξαν ἀμετρήτοιο  
θαλάσσης· αὐτὸν δ' ἔμπεδα  
πάντα βίφ διετεκμήραντο  
ἄστρα διακρίναντες· ἐκλη-  
ρώσαντο δ' ἔκάστῳ μοῖραν ἔχειν  
πόντου καὶ ἡπείρου βαθεῖης.  
1175 τῷ δα καὶ ἀλλοῖην ὁνσ-  
μοῦ φύσιν ἔλλαχ' ἔκάστη . . . .  
ἄλλαι δ' ἀλλοῖαι· τὰς γὰρ μέγας  
ἔφράσατο Ζεύς<sup>6)</sup>.

ARATUS v. 10—16.

10 αὐτὸς γὰρ τά γε σῆματα  
ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν  
ἄστρα διακρίνας· ἐσκέψατο  
δ' εἰς ἐνιαυτόν  
ἀστέρας, οἵ κε μάλιστα τετυγ-  
μένα σημαίνοιεν  
ἀνδράσιν ἀράων, ὅφελον δὲ  
πάντα φύωνται.  
τῷ μιν ἀεὶ πρῶτον τε καὶ ὑστα-  
τον ἵλασκονται.

Idem prooemium altero ante Chr. saeculo ARISTOBULUS Iudeus, vel si quis alius 'Testamentum Orphei' conflavit ab Aristobulo primo ac solo lectum, imitatus est. Elucet rei quid sit, tametsi ne Valckenario<sup>7)</sup> quidem nec Freudenthalio ('Stud. hellenist.' I

<sup>5)</sup> Fugit verum quod est vel Hugonem Grotium, praeclarum Arati inter-  
pretem. Non male inquit eo possit referri, quod Juppiter sit Sol nonnullis  
et πρωτογόνος. Capellae (Martiani versum significat II 185 p. 48 Eyss. hinc  
prorsus abhorrentem) dicitur 'prima propago', hoc est ad verbum προτέρα  
γενεά. Immo prior propago fuisset!

<sup>6)</sup> Dudum est, cum Dionysii imitationem Arateam persecuti sumus. Interim et Anhutius Regimontanus ('In Dionysium Periegetam' 1888 p. 12) et M. Schneiderus ('Berliner philol. Wochenschrift' 1888 p. 1462) exempla nonnulla Dionysiana ad Aratum exegerunt. Nihilo tamen secius protulimus, quae ipsi congesseramus, etsi sunt quae docti illi viri et de Dionysio haud dubie meritisimi occupaverint. Velut Anhutius v. 1173 Dionysii cum prooemio Arati p. 12 contulit quidem, sed quod inde consectarium esset noluit concludere.

<sup>7)</sup> 'De Aristobulo' p. 13 sqq. Aristobulum fraudem non fecisse ipsum sed facta fraude deceptum esse inde quispiam opinatus erit, quod Orphici carminis auctorem Aratum suapte sponte Aristobulus attulit. Non solent ita falsarii nisi aut stulti aut protervi. Denuo Aristobulus exspectat iudicium. Reliquias viri conligi et enarrari oportet.

p. 167), harum litterarum investigatoribus impigerrimis — quorum coeptis utinam insisteret aliquis! — suboluit, e fr. 6 Abel. (= Euseb. 'Praep. evang.' XIII c. 12, 5 p. 191 v. 29 Dind.): *αὐτὸς δὴ μέγαν αὐτὶς ἐπ' οὐρανὸν ἐστήριζει τὸν σέιρην θρόνῳ de Deo Aristobulus ~ αὐτὸς γὰρ τὰ γε σίματα' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν ἀστέρα διακρίνας de Iove Aratus. Praeterea primos novem Arati versiculos Aristobulus excerptis Orphicorum cum fonte similitudinem quasi oculis subiecturus (Euseb. l. c.). Ceterum poesiu stoicam adamatabant cantores Orphici. De Cleanthe rem adn. 10 notavimus. Aratum 'Argonauticorum' poeta, quem tertio fere post Chr. saeculo vixisse G. Hermannus evicit, balbutiente sermone huncce in modum exprimere instituit v. 305 sqq.:*

*τῆμος ἐνὶ πραπίδεσσιν ἐμήτεν Αἴσονος νιός  
πλοτινήφ' ἡρώεσσι καὶ δραμα συνθεσιάων  
θέσθαι, ὅφε' ἔμπεδα πάντα φυλάσσομενοι πεπι-  
θοιντο.*

Torsit commentatores φυλάσσεοθαι ad accusativum obiecti quod aiunt adplicatum et traxit in absurdia, ac praeterit quod poetam adlexit Arati de Iove prooemium v. 11 sqq.

*ἐπενέψατο δ' εἰς ἐνιαυτόν  
ἀστέρας, οἵ τε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν  
ἀνδράσιν ὥραν, ὅφε' ἔμπεδα πάντα φύωνται.*

Quod suffuratus est, adaptare carminis sui argumento homo misellus non valuit<sup>9)</sup>). Porro THEOCRITUS in 'Ptolemaeo' (XVII v. 1) utitur exordio Arateo «ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δια λήγετε Μοῖσας»<sup>10)</sup>, denique — quod fere unicum dixeris — CLEANTHES in suum de Iove stoico carmen convertit II p. XVII W.: «ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἔσμέν» ille, «τοῦ γὰρ καὶ γένος εἰμέν» Aratus<sup>11)</sup>). Utrumque poetam stoicum PAULUS APOSTOLUS, cum a philosophis potissimum Atheni-

<sup>9)</sup> Cave v. 1135 *νίκητας τε καὶ ἡματα συνεχὲς αἰεὶ* ex Arati v. 20 derives. Utrique praeivit Odyssea IX v. 74.

<sup>10)</sup> Observavit enarrator Ambrosianus in scholio Ἀρατεῖᾳ δὲ κέχονται εἰσβολῆ, item Hugo Grotius.

<sup>11)</sup> Plura quae Phaenomenorum usum proderent indagare in reliquiis Cleanthis non potimus, nisi forte quis hymni v. 7 sq.

*σοὶ δὴ πᾶς ὅδε κόδμος ἐλεσσόμενος περὶ γαῖαν  
πειθεται, ἢ κεν ἄγγες, καὶ ἐκῶν ὑπὸ σεῖο κρατεται*

ensibus in Areopagi iudicium vocatus sese defenderet, his verbis designavit 'Act.' cap. XVII 28: ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἔσμεν, ὡς καὶ τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν. «τοῦ γὰρ καὶ γένος ἔσμεν». Qui non Aratum tantummodo sed Cleanthem quoque tangi ab apostolo verissime iudicaverit, unum scimus Fabricium Hamburgensem, cuius sententiam a posterioribus obscuratam magis quam proiectam<sup>11)</sup> ipsius verbis adponimus: 'Neque forte erraverit qui dixerit S. Paulum apostolum, cum versiculum οὐ γὰρ καὶ γένος ἔσμεν commendavit Atheniensibus 'Actor.' XVII 28 addiditque ὡς καὶ τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, non respexit ad solūm popularem Aratum Cilicem sed etiam ad Cleanthem, qui Athenis vixerat' ('Bibl. graec.' III c. 14 p. 397 Harl.). Hinc artificium Pauli et rationem dimicandi ab isto poetarum pari repetita declarari putamus. Stoicos nempe poetas elegit ipsos accusatores suis quasi armis propulsaturus (τινὲς καὶ τῶν Ἐπικονωφελῶν καὶ Στωικῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ . . . ἐπιλαβόμενοι τε αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Ἀρειον πάγον ἥγανον) nec dissimulavit ipse, modo apostoli orationem Lutherò accuratius interpreteris, Stoicos cur elegerit: ὡς καὶ τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν i. e. poetae vestram

ad Arati v. 265 sqq. de Pliadibus scriptos referat:

ἡμί καὶ ἐσπέραι (Ζεὺς δ' αἴτιος) εἰλισσονται,  
δέ σφισι καὶ θέρεος καὶ χειματος ἀρχομένοι  
σημαίνειν ἐκέλευσεν ἐπερχομένον τ' ἀρστοιο:

qua de re ad liquidum perveniri vix possit. Nec tamen sine industria effertur πᾶς ὅδε κόσμος ἐλισσόμενος περὶ γαῖαν: Aristarchi astronomi Samii adversarium tememus. — Cf. porro Cleanthis v. 40 sq. ~ Callim. Hymn. I initium. Ceterum Cleanthis v. 7 sq. a poeta Orphico expressi sunt III 3: Οὐρανέ . . . χοομόχρατορ, σφαιροῦ ἐλισσόμενος περὶ γαῖαν. De hymnorum Orphicorum elementis stoicis cf. Dieterich. 'Abraxas' p. 83 sqq.

<sup>11)</sup> Wetstenius in 'Novi Testamenti' editione Amstelodamensi anno 1752 post Fabricii bibliothecae editionem principem emissā (vol. II p. 571), qua se ditare solent scripturae sacrae enarratores, Cleanthis versiculum notavit quidem, ut tamen obrutus rudi et inepta exemplorum mole delitesceret. Nam qui 'Cleanthes ἐκ σοῦ γὰρ γένος ἔσμεν. Hieronymus in Galatas IV' scribit, eum crederet Hieronymum antestari velle Cleanthis causa. Quod secus est et p. 389 Mignei (Patrolog. lat. ser. I vol. XXVI) et p. 573. Item exscripto Fabricio contenti erant H. A. W. Meyer et Weiss 'Kritisch-exegetischer Kommentar zum N. T.' III<sup>2</sup> p. 320 IV<sup>7</sup> p. 3\*.

rationem ac quasi fidem professi<sup>12)</sup>). Ergo per se haec tendere aut in universum ad Atheniensium poetas aut Stoicorum aut Epicureorum aut omnium illorum possent. Vides nunc ad solos tendere Stoicos manifesto. Tandem locus expeditus. Apologetis vero christianis illud eruditii apostoli<sup>13)</sup> consilium tantopere arrisit, aegre ut queat reperiri qui deseruerit. Ita Tatianus 'Ad Graecos' c. 31 (p. 31 Schw.): μάρτιρας δὲ οὐ τοὺς οἴκου παραλήψομαι, βοηθοῖς δὲ μᾶλλον Ἐλλησι παταχρίσουμαι. τὸ μὲν γὰρ ἄγνωμον, ὅτι μηδὲ ὑφ' ὑμῶν παραδεῖτόν, τὸ δ' ἀν̄ ἀποδεικνύεται θαυμαστόν, διόταν ὑμῖν διὰ τῶν ὑμετέρων ὄπλων ἀπερεῖδων ἀντιπότους παρ' ὑμῶν τοὺς ἐλέγχοντας λαμβάνω. Quid si vetustissimi testes atque adeo coaevi poetae 'Phaenomenorum' prooemium non modo cognoverunt sed admirantur, de origine genuina dubitare serio nemo audebit<sup>14)</sup>.

Quid? quod ipse ad v. 6—15 tam liquido relegavit quasi digito Aratus v. 768—772

πάντα γὰρ οὕπω  
ἐκ Σιὼν ἄνθρωποι γιγάντομεν, ἀλλ' ἔτι πολλά  
ζένησπιαι, τῶν εἰς τὴν Ἑρέην καὶ ἐσαντίκα δώσει  
Ζεύς· ὃ γὰρ οὖν γενεὴν ἀνδρῶν ἀναγανδὸν ὄφελλει  
πάντοθεν εἰδόμενος, πάντη δ' ὃ γε σῆματα φαίνονται,  
ut a depravandi conamine prooemii versum 11sq. tutari possis

<sup>12)</sup> Interpretes paulo aliter. *Der euch betreffenden, d. i. Eurer dichter* Meyer p. 321.

<sup>13)</sup> Doctum dicimus Paulum invitis theologis. Nam philosophia ac poesi Stoicorum imbutus adeo erat, ut de improviso Stoicis Atheniensibus respondere stoice ac poetice simul posset, et Menandrum pernoverat, quamvis ne id quidem tanti aestiment quanti debeant theologi. 'Ad Cor.' I 15, 33 Paulus μὴ πλανῶσθε· «φθειρούσαν ἥθη χρηστὰ δικαιολανταζαται» ex comicci Thaide citavit fr. 218 K. Perspexit hoc Hieronymus. Quid hodierni interpretes? *Dass Paulus den Spruch I. Kor. 15, 33 nicht in der 'Thais' des Menander gelesen, erhellt schon daraus, dass er in der Wiedergabe das Metrum zerstört (!), also sichtlich nicht weiss (!), dass es ein Vers ist (!) Meyer-Weiss IV* p. 3\*! Tarsi in urbe, ubi Paulus educatus est, grammaticorum studia primo a. Chr. saeculo floruisse notum est. Hinc aliquantum ad Paulum quoque redundasse, etsi omnis Graecorum scientiae expertem identidem sese non sine studio et consilio praedicavit, statuimus, quidquid moluntur interpretes (Meyer-Weiss l. c. p. 2sq.). Graeciensibus Judaeis accensendus apostolus.

<sup>14)</sup> In Hesiodeo 'Operum' exordio simile quid factum est atque in Arateo: quod item erant qui resecare vellent. Kirchhoff. 'Hesiods Mahnlieder an Perses' p. 38—40. Infra hac de re paulo uberius dicetur. Cf. p. 213sq. adn. 4.

ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀστέρας, οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαῖνειν κτλ.<sup>15)</sup> Ubi «ἐστέψατο» irrepdit in Clementis codices (LV Dindorfii III p. 81 p. 709 Pott.)<sup>16)</sup> ‘non male’, quemadmodum male censem Grotius. Nunc satis est monuisse verbis πάντοθεν εἰδόμενος initii ἐσκέψατο κτλ.<sup>17)</sup> commonefieri. Item v. 742 sq. ad initium respicitur. Denique poetica ars quae per totum carmen eadem in prooemio conspicua: anaphora, ἀπὸ κοινοῦ structura, adlitteratio, enuntiaturum membra aequaliter conformata, alia<sup>18)</sup>.

## II

DIONYSIUM PERIEGETAM persequentes lumina Aratea conligimus:<sup>19)</sup>

Dionysius.	Aratus.
584 λοξοτέρῃ γὰρ τῆμος ἐπιστρέφεται στροφάλιγγι (cf. v. 618 ~ 42).	43 μειοτέρῃ γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι.
298 'Ρήνῳ δ' ἔξεινης ἐπιτέλλεται Ιστρός,	214 μεσσόθεν ἡμιτελὴς περιτέλλεται ιερὸς Ἰππος.
299 Ιστρός ἐς ἀντολίην τετραμένος ἄχρι Θαλάσσης.	
926 τυτθὸν ἐπ' ἀντολίην τετραμένος ὅχρις Ἐλάνων.	632 καὶ τὸ μὲν ἐς λοφιὴν τετραμένον ἄχρι παρ' αὐτὸν δύνει.
1034 τόσουν ἐπ' ἀντολίην τετραμένοι ἄχρι πυλάων.	

<sup>15)</sup> Eodem ‘Stromatum’ loco Clemens «τάδε» ut Achilles supra p. 42 sq.

<sup>16)</sup> Criticae Arateae subsidium haud leve ex figurarum usu petendum est. Vide 387 ~ 405—7, 417, alia.

<sup>17)</sup> Homerum consulto omittimus (cf. ‘Il.’ XXI v. 151 δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιώσων ~ 600 sq. de monstris marinis δυσμενέων τοι παῖδες ἐλισσόμενοι περὶ πόντον κελνοις ἀντιάσειν ἀλώμενοι), item Callimachum, de quo composuit nonnulla O. Schneiderus. Etiam Theocritus in Dionysii auctorum numero habendus est. Cuius est quod Arato addidit Buechelerus (‘Mus. rhen.’ XXXIX 1884 p. 276 sq.) v. 130 φράζεο δ' ἐξ κείνον τετραμένος αὐθὶς ἐπ' Ἀρχτονς Alyalov πόντοιο πλατὺν πόρον ~ ‘Thalys.’ v. 112 Ἐβρον πρὸς ποταμὸν τετραμένος ἐγγύθεν ἄρχτω. Propius enim ad Theocritum quam ad Arati eos, qui hoc spectant, versus accedit Dionysius. Aliorum inventa quae sibi placent iterum ac saepius, nonnulla ad taedium usque (Callimachea potissimum et Homericā), Dionysius repetivit. Cf. p. 206.

170 sqq. *νῦν δέ τοι ἡ πείρου μυθή-*  
*σομαι εἶδος ἀπάσης,*  
*ὅφρα καὶ οὐκ ἐσιδών περ ἔχης*  
*εὑφραστον ὄπωπτήν.*  
*ἐν τοῦδ' ἀν γεραρός τε καὶ αλ-*  
*δοιέστερος εἴης,*  
*ἀγδρὶ παρ' ἀγνώσσοντι πυραν-*  
*σκόμενος τὰ ἔκαστα.*

176 . . . ἥχι περ ἄπορη.

Nec desunt alioquin, quae cognita iam Dionysii imitatione Aratea adipiscamur cognitionis adiumenta. Ita v. 354 Dionysius de Tiberi ἱμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα Ρώμην praeeunte Arato, codicem Parisinum A solum si sequimur, ceteris in diversa omnia abeuntibus, v. 49. Nam cum draconem fluvii sectionem ob flexus praedicasset v. 45 sq. (τὰς δὲ δι' ἀμφοτέρας οἵη ποταμοῖο ἀπορρόξ εἰλείται, μέγα Θαῦμα, Δράκων), semel incobatam imaginem Parisinus ita continuavit: αὐτὰρ ὁ γ' ἄλλην μὲν νεάτη ἀποτέμνεται οὐρῆι κτλ.<sup>18)</sup> — V. 440 sqq. Dionysius 'Cephiso', inquit, 'adiacent Delphi, ubi serpentis spirae in templo augusto tripodi advolvuntur. Ibi saepenumero Apollo Mileto vel Claro relicta pharetram solvit quieturus, ἀλλ' ὁ μὲν ἰλήκοι· σὺ δέ μοι Αἰός ἔννεπε Μούσα κτλ.'

(v. 447)<sup>19)</sup>). Propitium Apollinem hoc loco cur invocet poeta, neutiquam e poemate liquebit. At vide Aratum. V. 637 Orionis scelus adversus Dianam commissum dum narrare instituit, ne tantam referenti impietatem dea irasceretur comprecans excusansque in haec verba erupit<sup>20)</sup>: *Ἄρτεμις ἰλήκοι προτέρων λόγος, οἵ μιν ἔφαντο*

<sup>18)</sup> Cf. p. 65. — Anhutius l. adn. 6 c. Arati v. 115 ἀργυρέῳ δ' ὄλιγη τε καὶ οὐκέτι πάμπαν ὄμοιη ώμίλει cum v. 329 Dionysii composuit λύχνης τε πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὄμοιος. At ἐτολμη Marcianus, recentiores ὄμοιη (Aratus v. 210: οὐδὲν ὄμοιη).

<sup>19)</sup> Hymnus in Apoll. Homericus v. 165 ἀλλ' ἄγεθ' ἰλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν. Verbum ἰληκέναι perquam rarum. Cf. Naeke 'Opusc.' II p. 90 sqq. M. Schneider 'Berl. philol. Wochenschrift' 1888 p. 1462.

<sup>20)</sup> Fortasse dixerit quispiam ad eundem Arati locum referendum esse Callimachum 'Lavacr. Pallad.' v. 55 sq. Qui posteaquam cavendum feriantibus esse monuit, ne deae simulacrum, dum nudatur, aspicerent, invitam Tiresiae impietatem narraturus adfirmat μῆθος δ' οὐκ ἐμός, ἀλλ' ἐτέρων — nam si rem ipse de suo excogitasse videretur, culpam commissurum sese fuisse innuit et poenam meriturum — deinde ex Pherecyde fabulam proponit. Conformavit

758 sqq. τῷ κείνων πεπόνησο ...  
*μόχθος μέν τ' ὄλιγος, τὸ δὲ*  
*μυριὸν αὐτεῖ τὸνειαρ.*  
*αὐτὸς μὲν τὰ πρῶτα σειώτερος,*  
*εὖ δὲ καὶ ἄλλον*  
*παρειπὼν ὠνησεν, ὅτ' ἐγγύθεν*  
*ἄρορε χειμῶν.*

61. 231. . . . ἥχι περ ἄποραι.

*κτλ.* Praecessit eadem excusandi formula adsumpta Aratus etiam APOLLONIO IV v. 983 sqq. Sub insula Drepana

*κεῖσθαι δρέπανον φάτις — Ἰλατε Μοῦσαι,  
οὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος — ω̄ ἀπὸ πατρός  
μήδεα νηλειῶς ἔταμε Κρόνος.*

Sequitur alia fabula pio poeta magis digna. At invocari fas erat non Musas, sed Saturnum; quippe cuius scelus referre poeta inciperet; conferas (IV v. 1381 sq.)<sup>21)</sup>:

*Μονσάων δδε μῦθος ἐγὼ δ' ὑπακονὸς ἀείδω  
Πιερίδων, καὶ τήνδε πανατρεκὲς ἔκλνον ὁμφῆν κτλ.*

Bene igitur Aratus, perperam illo quidem loco Apollonius. Accedit, quod verba Aratea idem auctoratus est Apollonius. Hinc res patefacta.

THEOCRITUM diximus modo ad Aratum respexisse. Misso nunc in Panem hymno 'Phaenomenorum' v. 898 sqq.

*καὶ τοὶ μὲν καλέονται Ὀνοι, μέσση δέ τε Φάτνη,  
ἡ τε καὶ ἔξαπλης πάντη Διὸς εὐδιάοντος  
γίνεται ἄφαντος ὅλη· τοὶ δέ ἀμφοτέρωθεν ἴόντες  
ἀστέρες ἀλλήλων αὐτοσχεδὸν ἵνδαλλονται.  
οὐκ ὅληγε χειμῶνι τότε κλύζονται ἄρουραι*

obversabantur Theocrito Diosecurorum tutelam maritimam celebranti XXII v. 19 sqq. Qui simulatque nautis comparuerunt periclitantibus,

*αἴψα δ' ἀπολήγονται ἄνεμοι, λιπαρὰ δὲ γαλάνα  
άμπε πέλαγος, νεφέλαι δὲ διέδραμον ἄλλιδις ἄλλαι,*

igitur in eadem re pari consilio seriem cogitatorum Callimachus atque Aratus. Sed ne hic quidem artificii auctor: Eurip. 'Hel.' v. 513 λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἔμος, σοφῶν δ' ἔπος, δεινῆς Ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχνεῖν πλέον. Idem 'Melanipp.' fr. 484 κούνι ἔμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ' ἔμῆς μητρὸς πάρα, ὡς οὐρανὸς τε γαῖα τὴν μορφὴ μία. Philippus Opuntius 'Epinom.' c. 2 p. 975 A ἐστω δὴ πρῶτον μὲν ἡ τῆς ἀληλοφαγίας τῶν ζώων ἡμᾶς τῶν μέν, ὡς ὁ μῦθος ἐστι, τὸ παράπαν ἀποστήσασα, τῶν δὲ εἰς τὴν νόμιμον ἐδωδήν καταστήσασα (ἐπιστήμη). Ζειρά δ' ἡμῶν οἱ πρόσθεν (homines) εἶησαν τε καὶ εἰσιν· οἵτινες μὲν γάρ οὖν (ἢ οὖς add. Winckelmann) ἐλέγουμεν πρῶτοι χαιρέτωσαν. Formula igitur solemnis. — Ceterum M. Schneiderus docta adnotatione l. c. formam Ἰλήκοι ex Arato habere et ipsam putat Dionysium.

<sup>21)</sup> Prior extabat in Aetius Callimachi: Reitzenstein 'Index lectionum Rostoch.' 1890/91 p. 13.

ἴκ δ' Ἀράτοι τ' ἐγάνησαν Ὄνων τ' ἀνὰ μέσσον ἀμανεῖ  
Φάτνη, σηματούσα τὰ πόδας πλόον ἔνδια πάντα.

Sidus illud non vulgi ore<sup>22)</sup> sed ab astronomis nomen accepisse scholium Arateum tradidit (ἐπό τῷ προτέρῳ γιλοσόφῳ οὐτιο Φάτνη προστιχίζεται); hinc in 'Theophrasti' quae dicuntur 'Signa' § 23 transit<sup>23)</sup>). Profuit Theocrito quadam Buecheleri observatio ('Mus. rhen.' XXXIX 1884 p. 276 sq.). Quod in Edonis Pan hibernare dicitur versu 'Thalysiorum' 112 prope Hebrum τετραμένος ex vicinia Ursae, aut valde fallor aut imitatus Theocritus Aratum ludit; certe quidem tam frequens huius vocis est in 'Phaenomenis' usus, ut Aratum asseverare audeam commodasse eam ceteris poetis. Quamquam participium ne ab Hesiodo quidem alienum 'Opp.' v. 727 αὕτη ἡ τελευτὴ τετραμένος. Idem de vocibus quibusdam astronomorum orationi pariter propriis Anhutius iure existimavit, velut εἰλείται ἐστήσιται (tametsi II. IV v. 443 legitur σίφανῆ ἐστήσιξε ζάρη; cf. Hesiod. 'Theog.' v. 799, Hymn. in Merc. v. 11), aliis p. 13. Repetitum pluriens in LIBRIS SIBYLLINIS hemisticchium «αὐτὸς ἐστήσιξ» (III v. 27, fr. V p. 238 Rz., al.) ad prooemium Arateum tuto revocamus v. 10: «αὐτὸς γὰρ τὰ γε σήματα ἐν σύρανθι ἐστήσιξεν».

In CALLIMACHO Ottonis Schneideri insignis error refellendus. Qui II p. 785 novum Callimachi sese eruisse e Plutarcho 'De Iside' c. 38 p. 366 versiculum gavisus est: τῶν τ' ἄστρων τὸν Σείριον "Ισιδος νομίζουσι ὑδραγωγὸν ὄντα καὶ τὸν Λέοντα τιμῶσι καὶ χάσμασι λεοτειοις τὰ τῶν ιερῶν θυρώματα ποσμοῦσιν, ὅτι πλημμυρεῖ Νεῖλος «ἥλιον τὰ πρώτα συνερχομένοιο Λέοντι». Quae verba Schneiderus ut redderet Callimachea, subscrispsit: *In Leone quamdiu Sol sit, Nilum evagari etiam Plin. 'N. H.' 18, 167 testatur. Versum autem si ex Callimacho petitum affirmo, causa haec est, quod de Nilo eiusque inundatione idem poeta etiam fr. 445 et 182 dixit. Arati versus est 'Phaenomenorum' 151 (supra p. 56) ac novo argumento Hipparchi et Marciani codicis in scriptura consensum confirmat.*

<sup>22)</sup> Voluit ita Vossius p. 157. Cf. Boehme l. c.

<sup>23)</sup> Ἐν τῷ Καρχηδρῷ δύο ἀστέρες εἰσὶν οἱ παλούμενοι Ὄνοι, ὃν τὸ μεταξὺ τὸ νεφέλιον ἡ Φάτνη παλούμενη.

Fr. 111 Sehn. mercator effert naufragus maris expertes

ἢ πανδων ὅλβιος ἐστὶ μέτα,  
ναυτιλίης εἰ νῆστιν ἔχεις βῖον. ἀλλ’ ἡμὸς αἰών  
κύμαισιν αἰθνίης μᾶλλον ἐσφυλίσατο.<sup>24)</sup>

Item de mercatoribus nec tempestatem nec frigus brumale extimescentibus loco pulcherrimo Aratus v. 291 sqq.:

οἵ δ’ ἀλεγεινοί  
τῆμος ἐπιρρήσσουσι νότοι, ὅπότ’ Αἴγοκερη  
συμφέρετ’ ἡέλιος· τότε δὲ κρόνος ἐν Διός ἐστι  
ναύτῃ μαλκιόωντι πανώτερον· ἀλλὰ παὶ ἔμπης  
ἡδη πάντ’ ἐνιαυτὸν ἐπὸ δειλησσι Θάλασσα  
πορφύρει· ἵκελοι δὲ κολυμβίσιν αἰθνίησιν  
πολλάκις ἐν νηῶν πέλαγος περιπατταίνοντες  
ἥμεθ’ ἐπ’ αἰγιαλοὺς τετραμμένοι· οἱ δ’ ἔτι πόρσω  
κλίζονται· δὲ λίγον δὲ διὰ ξύλον Άιδης ἐρύκει.

Quibus versibus scholiasta aptissime Callimachi frustulum adscriptis. Neque enim consimile dicimus Callimacheum, sed ad egregiam Arati imaginem expressum. Uterque in re eadem eandem comparandi occasionem a mergo repetivit. Subsistimus paullisper. Loci enim Aratei admirator etiam QUINTUS exstitit SMYRNAEUS VII v. 296 sqq. Lycomedes Seyrius Achillem proficiscentem<sup>25)</sup>:

καὶ πόλεμογ δεῖδοικα πικρὸν καὶ κῦμα θαλάσσης  
λευγαλέον· ναῦται γὰρ ἀεὶ σχεδόν εἰσιν ὁλέθρον.  
ἀλλὰ σὺ δεῖδε, τέκνον, ἐπὴν πλόον εἰσαφίλημι  
ὑστερον<sup>26)</sup> ἢ Τροτηθεν ἢ ἄλλοθεν, οἴλα τε πολλά,  
τῆμος, ὅτ’ Αἴγοκερηι συνέρχεται ἡερόετει  
ἡέλιος μετόπισθε βαλὼν δυτῆρα βελέμνων  
Τοξευτήν, ὅτε χείμα ληγὸν πλονέουσιν ἄελλαι,  
ἢ ὅπότ’ Ωκεανοίο κατὰ πλατὺ χεῦμα φέρονται  
ὕστρη πατεροχομένοιο ποτὶ κνέφας Όρείωνος.

<sup>24)</sup> Meinekius (post Callimachum p. 297) de mercatoris nautae, qui naufragio iam periit, umbra cogitat. Posset etiam morientem intellegere. Et ita Propertius, impiger Callimachi sectator, in descriptione persimili IV 7. — Fr. 515 «μέσον ἐπὶ ναύταις» cum v. 299 supra adscripto scholiasta Townleyanus ad 'll.' XV v. 628 (vol. VI p. 144) comparavit, ut lucem ab Arato corrupta illa verba accipiant. Attamen de restituendo hemistichio desperamus.

<sup>25)</sup> Adscriptis Quinti memoriam Buhlius, sed praetermissis versu 297 non integrum. De simili Homeri versiculo cf. 'Περὶ ὑψονς' p. 22 Jahn.

<sup>26)</sup> An Σχυρόθεν pro ὑστερον;

Sagittarii memoriam alii eidam Arati versiculo debet 301: (in mari sufferes multa,) *Tόξον δτ' ἡλίος καὶ φύτορα Τόξον.* Sed ad CALLIMACHUM redimus. Dixerat de Ursa sive Plaustro minore Aratus v. 39 τῇ δ' ἄρα Φοινικες πιονοι περόωσι θάλασσαν ~ Callimachus fr. 94 Schn. (= Achill. p. 123 Petav.) de Thalete καὶ τῆς Αμάξης ἐλέγετο σταθμήσυσθαι τοὺς ἀστερίσοντας, γέ πλέονοι Φοινικες. Nec mirum: μέμνηται γοῦν αὐτοῦ καὶ Καλλίμαχος ὡς πρεσβυτέρον οὐ μόνον ἐν τοῖς 'Ἐπιχράμμασιν' ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς 'Πρὸς Πραξιπάνην', πάντα ἐπαινῶν αὐτὸν ὡς πολυμαθῆ καὶ ἀριστον ποιητήν (Achill. p. 54 West. = fr. 100g Schn.)<sup>27)</sup>.

Imitatus etiam APOLLONIUS est Aratum in 'Argonauticis'. Non modo III v. 138 hemisticchium περιηγέες εἰλίσσονται ille ex Arati v. 401 transsumpsit integrum et I v. 84sq.

τόσσον ἐπάς Κόλχων, ὅσσον τέ περ ἡλίοιο  
μεσσηγήν δύσιές τε καὶ ἀντολαὶ εἰσορόωνται  
aperte reddidit 'Phaenomenorum' v. 62 μίσγονται δύσιές τε καὶ  
ἀντολαὶ ἡλίοιο (sive ἀλλήλησιν, cf. p. 48), sed v. 134 de Iovis  
nutritione loquens in proxime antecedentibus ἄντρῳ ἐν Ἰδαιῳ ἔτι  
νήπια κονρίζονται (scilicet ἄθνημα ποίησε τιλη τροφὸς Ἀδρήστεια)  
ad 'Phaenomenorum' v. 32sqq. sese adplicavit. Ibi Iovis nutrices

Κρήτην κεῖναν γε Διὸς μεγάλου ἴστητι  
οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὁ μιν τότε κονρίζοντα  
δίπτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰδαιοιο  
ἄντρῳ ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν  
Δικταιοι Κούρητες<sup>28)</sup>.

Legit igitur ὄρεος σχεδὸν Ἰδαιοιο Apollonius hanc ita multo post edita 'Phaenomena'. Legit praeterea Apollodorus, Strabonis auctor X p. 478.<sup>29)</sup> Id si reputasset Grotius, non dubitamus quin omni mutatione abstinuissest in sana praesertim sententia. Quid enim ille? Αἴτιῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Αἰγαίοιο ex Hesiodo 'Theog.'

<sup>27)</sup> Fuerunt qui testimonium illud in suspicionem vocarent immerito, velut Bureschius 'Stud. Lips.' IX 1887 p. 42; cf. Susemihl I p. 285.

<sup>28)</sup> Oppianus 'Cyneg.' III v. 8sqq. Arati admonet: Σηνὸς ὕσσαν θρεπτῆρες . . νηπιαζοῦν Κονρῆτες, ὅτε . . 'Ρετη χόλποις ἐνικάτθετο Κρήτης.

<sup>29)</sup> (Praesi) τὸ τοῦ Δικταιον Διὸς ἱερόν· καὶ γὰρ ἡ Δικτη πλησιον, οὐχ ὡς Ἀραιος «ὄρεος σχεδὸν Ἰδαιοιο». καὶ γὰρ χιλίους ἡ Δικτη τῆς Ἰδης ἀπέχει. Idem Strabonis auctor in scholio Arateo inferius proposito invenitur (cf. cap. IX).

v. 484 effecit, quamvis videre facile esset nullam Hesiodeae narratiunculae cum Arato communionem esse aut vinculum. Tellus apud Hesiodum gestavit Iovem πρώτην ἐς Λίκτον· κρύψεν δέ ἡ χερσὶ λαβόντα ἄντρῳ ἐν ἥλιμάτῳ, ζαθέης ἵπο κεύθεσι γαῖῃς, Αἰγαῖῳ ἐν ὅρῃ πεπυκασμένῳ ὑλήεντι. Partem conjecturae Grotianae criticius antiquus nescio quis itidem ex Hesiodeo occupavit in scholiis: σχεδὸν Ἰδαιοῖο] τινὲς γράφουσι «σχεδὸν Αἰγαῖο» παρ' Ἡσιόδου λαβόντες φάσκοντος τραφῆναι τὸν Άτα «Αἰγαῖῳ ἐν ὅρῃ πεπυκασμένῳ ὑλήεντι». Saepius vero accidit, ut ex Hesiodeis carminibus Aratus interpolaretur. Quarum interpolationum nonnullae etiam in Marciano reliquiae inveniuntur. Velut v. 31 «Ἄιός μεγάλοιο ἔνητι», quod pro varia lectione in margine iuxta «Ἄ. μεγάλου λόγητι» exstat, Hesiodeum est ('Opp.' v. 4), alia. Praeterea fuerunt, qui v. 33 λίκνῳ mutare mallent Callimachi quam putant imitatione ('In Iov.' v. 47 sq.) permoti, Lennepius et I. H. Vossius: σὲ δ' ἐκοιμίσεις Ἀδρηστεια λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ. At nulla hoc quidem loco similitudo dispiecit Callimachi, immo, quod denuntiavit ipse, discrimen (hymnum potius in Mercurium v. 358 sq. conferas: ἐν λίκνῳ πατέσσετο . . ἄντρῳ ἐν ἡρόεντι), neque adiuvat conjecturalm Germanicus v. 34 sq. quod fidae comites prima incunabula magni foverunt Iovis: an etiam pro «Ἀικταιοι Κούρητες» Arati substituendi «Dictaei Corybantes» Germanicei? Interpretatione potius expeditur quae offendit difficultas. Αἰκτον esse posse montem suo iure negarunt enarratores quidam antiqui schol. ad h. l. (Ξητοῦσι δέ, τιος χάριν τὴν Αἰκτην φασὶν εἶναι πλησίον τοῦ Ἰδαιον ὄρους. ἔστι γὰρ πολὺ τὸ διάστημα . . ἔδει δὲ εἰπεῖν «Αἰκτη»), etsi perversam solutionem proposuerunt. Porro duplex regionis significatio Αἰκτη — ὅρεος σχεδὸν Ἰδαιοῖο in monte probe noto utique supervacanea esset admodum. Dudum omnem haerendi facultatem nobis Zenodotus Mallota in commentario (cap. III p. 163) sustulisse videtur schol. l. c.: Ζ. δὲ ὁ Μαλλώτης 'δίκτον' ἴζουσε τὸ παλούμενον δίκταμον· διὰ τοῦτο καὶ εὐώδες τοῦτο εἰρῆσθαι<sup>30)</sup>. Concisam substantivi formam iuxta longiorem doctissimus Strabonis grammaticus Aristarcheus — Apollodorum putamus — apud Strabonem VIII p. 364 comprobavit exemplis Μέσση ~ Μεσσίη, βρι ~ βριαρόν, φά ~ φάδιον, λι ~ λιαν, ἄλφι ~ ἄλφιτον, ἥλ ~ ἥλος, ἔρι ~

<sup>30)</sup> Grotius propter εὐώδεις adiectivum non plane sese improbare Zenodoti interpretationem fassus Αἰκτη pro δίκτῳ nihilominus suspicatur.

ἔριον, «τις ἄγεμον δὲ τὰ πηδά» τὰ πηδάλια Ἀρατός φησιν (v. 155). Olebat autem dictamnum gratissime et vim salubrem ac purgatoriam habere videbatur<sup>31)</sup>. Plane igitur ut Mercurius hymni

<sup>31)</sup> Herbam δίκταμνον sive δίκτον ob vim partus sublevandi laudibus extulit Apollodorus Atheniensis e duabus eclogis reficiendus:

Schol. Arati l. c.

Schol. Eur. Hipp. v. 73.

δοκεῖ δὲ πρὸς εὐτοκίαν συμβάλλεσθαι αὐτό· φ καὶ τὴν Εὐλείθυιαν ατέφουσιν. καὶ πον ἐπ' αὐτῆς Εὐφορίων (fr. 79 Mein.) «στεφαμένη θαλεροῖσι συνήντετο δίκταμνοισιν».

'Απολλόδωρος δὲ (in libro 'De diis') παρὰ Κορησὶν δίκταμνον ἡ σχῆνον εἶναι φῆσιν αὐτῆς (scil. τῆς Ἀρτέμιδος) τὰ στεφανώματα. φίνεθαι δὲ τὸ δίκταμνον ἐν Κορήῃ μόνῃ. τοῦτο καὶ ὀκντόκιον εἶναι' διὸ καὶ ταῖς θυσιούσις δίδοσθαι χάριν τοῦ ταχέως ἀποτίκτειν.

Alibi vocatur ἀριστολοχία, velut a Theophrasto 'Hist. Plant.' IX 13, 3 ἡ δὲ ἀριστολοχία τῇ ὀσφύσει μὲν εὐοδμός, τῇ δὲ γεύσει πικρὰ σφόδρα, τῇ χροιᾳ δὲ μέλαινα. φύεται δὲ ἐν τοῖς ὅρεσιν ἡ βελτίστῃ et a Galeno (XIV p. 204 Kuehn.) in antidoto quodam ἀριστολοχίας Κρητικῆς μακρᾶς α' (idem medicus alibi de dictamni Cretensis vi loquitur sexcenties). Quodsi puerperae parturitionem simulanti maritus Aristophaneus περιφέρεται ὀκντόκιον ὀνούμενος ('Thesmophor.' v. 504), aut dictamnum subindicari putamus aut radicem cyclamini (Theophr. 9, 3 ἀγαθὴν δὲ τὴν φίξαν — cyclamini — καὶ ὀκντόκιον περιπλαντον).

Quae subiecit scholiasta cum ceteris testimoniis coniuncta adponimus:

Schol. Arati Plut. 'De soll. an.' Aelian. 'V. H.' I Schol. Verg. 'Aen.'

l. c.

c. 20 p. 974 W.

c. 10.

XII v. 412.

καὶ ταῖς αἰσὶ αἱ δὲ Κρητικαὶ αἴγες, οἱ Κορῆτες εἰσι το- dictamnum] haec προσφιλῆς ἡ ὅταν τὸ δίκταμνον ἔνειν ἀγαθοῦ· καὶ herba, licet ubique βοτάνη βέλει φίγωσιν, ἐξβάλλον- οὖν καὶ τὰς αἰ- nascatur, melior in γὰρ τρωθεῖ- σαι τὰ τοξεύματα γας βάλλονται ἐπ' Creta est, qua Dicta σαι[καὶ] δρύτονσι αἵται ταῖς ἐγκύοις τὴν βο- dicitur, unde pro- ἀποβάλλον- τάνην παρέσχον ἐκ- prium herbae nomen. τρωτικὴν ὄνταν μα τῆς δίκταμνον Haec admota vul- ἔχονταν· ἐπ' οὐδὲν βοτάνης διέτρωγον· neris, in quo ferrum γάρ ἄλλο τρωθεῖσαι καὶ ἄμα τῷ γεύσα- in tantum, ut ani- φέρονται καὶ ζη- οθαι δύλα ἐκελναις malia apud Cretam, τούσι καὶ διώκονται τὰ βέλη ἐκπλητει. cum fuerint vulne- rata, ad hanc her- bam currant eaque depastu tela corpore dicantur excutere. Haec herba hausta etiam venena cor- pore exigere dicitur.

(= 'Gryll.' c. 9

p. 991 W.).

Homerici versibus modo commemoratis ἐν Κυλλήνῃ — ἐν ἄντρῳ — ἐν λιτρῷ iacens Iuppiter Arateus δίκτῳ ἐν εὐώδει (quod est quasi pro ineunabulis) — ὅρεος σχεδὸν Ἰδαιοῖο — ἐν ἄντρῳ describitur. Accedit, quod anaphora δίκτῳ — Δικταῖοι in versuum sive membrorum exordio posita figurae studio Arateo convenit adprime.

‘Argonauticorum’ III v. 1001 sqq., qui sunt de Ariadna, ex imitatione Aratea provenisse contendimus:

πάτρην λίπεν· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ<sup>16)</sup>  
ἀθάνατοι φλαντο, μέσῳ δέ οἱ αἰθέρι τέμναρ  
ἀστερόεις Στέφανος, τὸν τε κλεονός Ἀριάδνης,  
πάντυχος οὐρανοῖς ἐνείσσεται εἰδώλοισιν.

Ante Apollonium de Corona ita Aratus scripserat:

αὐτοῦ κάκεινος Στέφανος, τὸν ἀγανὸν ἔθηκεν  
σῆμ' ἔμεναι Αἴόνιος ἀποιχομένης Ἀριάδνης,  
νῶτῳ ὑποστρέψεται κενηθότος εἰδώλοιο.

Adsumendum praeterea Arati v. 616 ὑπουργανῶν εἰδώλων. Vox enim Arati propria εἰδώλον de astris figuram conformantibus fere deciens usurpata.<sup>17)</sup> «ἄγανόν» (Στέφανον) respondet adiectivo Apollonii «ἀστερόεις», ac facit hoc momentum, cum varia lectio in Marciano offeratur «ἀγανός», Bacchus nimirum. Adnotavit Apollonii scholiasta doctissimus versus Arateos, recta scriptura «ἀγανόν» ille quoque instructus, ad v. 997 p. 472 Keil.

‘Argonauticorum’ III v. 658 maeret Medea οὐδέ τι πω πάσαις ἐπιμίσγεται ἀμφιπόλοισιν. Flacet πάσαις tanto opere, quanto in ‘Iliadis’ prooemio αὐτοῖς δὲ ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν οἰωνοῖσι

(Novit ipse Vergilius idem illud Apollodoreum l. c.). Plutarchi Aeliani scholastae Vergiliani fontem ex iis, quae insigni commentatione M. Wellmannus nuper exposuit ‘Herm.’ 1891 p. 531 sqq., facile adipiscimur Alexandrum Myndium Tiberii coaevum. Addendus Arati scholiasta eorum numero, qui Alexandro ‘Ἡρόι ζώων’ usi sunt. Ceterum in scholio *qua* scripsimus auctore Ungero (supra p. 130<sup>16)</sup>), cum *quae* et codices et editor etiam recentissimus intactum reliquerint. Certe in graeca oratione, quam latinam scholiasta reddidit ut potuit, ᾧ lectum fuisse putamus (cf. *quae* l. c. exposuimus): reddidit ἦ. Cf. p. 225<sup>17)</sup>.

<sup>16)</sup> εἰδώλον Arato et ipso obtemperans Maximus (vide huius capitinis adn. 3) de sidere utitur vv. 24, 56, 143, 150, 293, 547, item Διάγυνωσις τῆς ἡλιακῆς σφαιρᾶς τῶν 13' εἰδώλων ὥπας ἐν ἐκάστῳ μηνὶ ἀκριβῶς χρὴ διαιτάσθαι in J. Camerarii ‘Astrologicis’ Norimbergae 1532 p. 1 sqq. promulgata, alii id genus scriptores. Maximum haud paucā ex Arati dictione suscepisse dilucidum est, velut δινεύειν de motu siderum usurpatum.

*τε πᾶσι.* Famularum enim omnem societatem defugere Medeam potuisse haud ita verisimile<sup>33)</sup>. Quanto autem aptius Virgo Aratea antiquam morum simplicitatem requirens ambibat sola οὐδέ τε φίλεμασθετο μειλιχτοισιν v. 119!

Argonautas IV v. 995sqq.

Ἄλκινοος Ἰαοὶ τε Θυηπολίζουσιν ἔόντας  
δειδέχατ' ἀσπασίως· ἐπὶ δὲ σφισι καγγαλάσσουν  
πᾶσα πόλις· φαιῆς κεν ἕοις ἐπὶ παισὶ γάνυσθαι.  
καὶ δ' αὐτοὶ ἥρωες ἀνὰ πληθὺν πεχάροντο.

Gestiebant Phaeaces de Argonautis: ob filios suos exsultare crederes! Convenientius quanto Aratus de Cassiepea passis bracchiis in caelo adparente v. 196:

φαιῆς κεν ἀνιάζειν ἐπὶ παιδί.

IV v. 1415sqq. Argonautae sitientes Nymphas aquatiles precantur:

δειξατ' ἑελδομένοισιν ἑρωπαδίς ἄμμι φανεῖσαι  
ἢ τινα πετραίην χύσιν ὑδατος ἢ τινα γαῖης  
ἰερὸν ἐκβλύοντα, θεαὶ, δόσον.

χύσιν ὑδατος eadem versus sede Aratus v. 393 locavit, ubi sub Aquario obscurarum stellarum seriem sitam descripsit:

οἵη τις τ' ὀλληγη χύσις ὑδατος ἔνθα καὶ ἔνθα  
κιδναμένου.

Selegit Aratus imaginem propter Aquarium ('Υδροχόον), ab Arato Apollonius deprompsit. M. Schneiderum miramur inversa relatione Apollonium sua suppeditasse Arato edixisse I. c.<sup>34)</sup>

<sup>33)</sup> Imitatoris inopia insignis Apollonius. Hymni Callimachei v. 17 in Argonauticis IV v. 1311 convertit imprudenter. Heroinas Libycas inducit, εἴ ποτ' Ἀθήνην, ἥμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφανόωσα, ἀντόμεναι Τρίτωνος ἐφ' ὑδατος χντλώσαντο. Splendidam, i. e. splendidis armis indutam secundum Stesichorum (schol. ad h. l.), cur tandem laverint nymphae nobis non liquet et laborat insuper grammatica. χντλώσασθαι λοίσασθαι καθαλρεσθαι sim. est 'se lavare, purgare'. Abduxit Apollonium a vero Callimachi auctoritas. Etenim post partum Rhea circumspexit δόσον ὑδατος, φέκε τόκοιο λίματα χντλώσαντο, τεὸν δ' ἐνι χρώτα λοέσσαι. Sese pariendi luto purgatura est, infantis corpusculum lautura.

<sup>34)</sup> Omittimus incerta, velut Apollonium IV v. 1198 ~ 796. Ursam maiorem inter poetas praeter Epimenidem (cf. cap. IX) Aratus dixit 'Heliene': dixit Arato (ut putamus) obsecutus Apollonius quoque II v. 360 III v. 745, 1195. Eudoxus et Hipparchus μεγάλην Ἄρχτον vocant. Exempla videoas in cap. II et VII. —

Quater Aratus (v. 442, 606, 645, 720) περαιόθεν 'ab imo horizonte orientali' ante caesuram bucolicam locavit, semel ibidem Apollonius IV v. 71 in sententia discrepans, quam voluit esse 'a continenti'. Idem vero paullo ante v. 54 Lunam ἀνερχομένην περάτηθεν facit, ut Aratus v. 645 περαιόθεν ἐρχομένοι Σκορπίου, v. 670 περάτης ἔξερχεται, v. 821 ἐκ περάτης ἀνιόντι (cf. v. 499, 869)<sup>35)</sup>.

Subnectimus NICANDRUM. Nam cum dixisset Aratus v. 148 sq.  
 ποσοὶ δ' ὄπισθοτέροισι (Virginiis) Λέων ὑπὸ καλὰ φασίει.  
 ἔνθα μὲν ἡλιοῖο θερεταταὶ εἰσὶ κέλευθοι,

id Nicander 'Ther.' v. 469 sq. imitatus est:

ἢτοι δέ τ' ἡλιοῖο θερετάτη ἵσταται ἀκτίς,  
 οὐρεαὶ ματιώσσων ἐπινίσσεται ὄφριόεντα

(serpens leoninus Thracius). Tenenda haec, ne aliis duobus exemplis Nicandris iniuria fiat. Locos componimus praeente Buhlio: Arat. v. 921 λευκῆς γήρειον ἀκάνθης ~ Nic. 'Ther.' v. 329 γήρεια παταψικθέντος ἀκάνθης, Arat. v. 947 αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοῶσι γυντινῶν ~ Nic. ib. v. 620 ἀλλ' ἢτοι γερύνων καναχοὶ περιαλλὰ τοχῆς βάτραχοι οὐτι.<sup>36)</sup> Gravissimum autem studii Aratei documentum in Nicandro est 'Theriacorum' exordium.

Ceterum Apollonius III v. 1195 etiam alia vocula Aratea insignis: αὔτικ' ἐπειδότος Ἐλληνης ἐνφεγγέος ἀστέρες Δρυτον ἔκλιθεν ~ Ar. v. 518 ζώνη ἐνφεγγέος Νοῖωνος. Eadem adiectivi in versu sedem animadvertis. — Sero in Susemiblibi quaedam exempla incidimus I v. 30 ἔξειλης στιχόωσιν ~ Ar. v. 372 ἔξειλης στιχόωντα et IV v. 1374 ~ Ar. v. 445, ubi adverbium ἔνεκτές uterque in hexametri fronte posuit. Incertum in Apollonio illud, num Arateum sit. Paullo certior eodem Apollonii loco Callimachea fortasse imitatio. Versus conferimus: Ap. μητέρα δ' οὐκ ἀλλην προτιθέσσομαι οὐδὲ περ αὐτὴν νῆσα πέλσιν. ή γὰρ κατὰ νηδίνος ἀμμες φέροντα σα γνεζές ἀργαλέοισιν οὐλένει καμάτοισιν ~ Call. Hymn. in Dianam v. 24sqq. ὅττι με καὶ τίκτοντα καὶ οὐκ ἥλγησε φέροντα μητῆρ, ἀλλ' ἀμόγητι φίλων ἀπεθήκατο γελῶν.

<sup>35)</sup> In titulo vasculi Corinthii ad urbem Corinthum effossi ('I. G. A.' 20, 5) legitur περαιόθεν (i. e. περαιόθεν: Kretzschmerus immerito dubitatbat 'K. Z.' N. F. IX p. 155) ἴχομες e poeta aliquo; ex portu cui vulgo nomen Πειραιός seu Πειραιῶν Roehlius. Immo: 'e transversa parte' vel 'e continenti'.

<sup>36)</sup> Omittimus hic quoque nonnulla. Velut δήεις φράζεο Arateae transitum faciendi formae et si ἐπεόν dubitativum frequentia per Nicandrum sunt, sed in Arato convenientius plerumque occurunt adhibita.

ARAT. v. 637 sqq.

προτέρων λόγος, οἵ μιν ἔφαντο  
ἔλκῆσαι πέπλοιο, Χίψ δὲ Θηρία  
πάντα παρτερὸς Όριων στιβαρῇ ἐπέ-  
κοπτε κορύνῃ,  
Θήρης ἀφρύμενος κείνῳ<sup>37)</sup> χάριν  
Οἰνοπιῶνι.  
ἡ δέ οἱ ἔξαντης ἐπετείλατο Θη-  
ρίου ἄλλο,  
νήσου ἀναρρήσασα μέσας ἐπά-  
τερθε κολώνας,  
σκορπίον, ὃς δά μιν οὗτα καὶ  
ἐκταρε πολλὸν ἐόντα  
πλειότερος προσφανεῖς, ἐπεὶ Ἀρ-  
τεμιν ἤκαχεν αὐτήν.

NICANDER 'Ther.' v. 13 sqq.

τὸν δὲ χαλαζῆετα πόρη Τιτηνὶς  
ἀνῆκε  
σκορπίον, ἐκ πέντοι τεθηγ-  
μένον, ἥμος ἐπέχοα  
Βοιωτῷ τεύχουσα πακὸν μόδον  
Ωσφίωνι,  
ἀχράντων ὅτε χεροὶ θεῆς ἐδρά-  
ξατο πέπλων·  
αὐτὰρ ὃ γε στιβαροῖο κατὰ σφυ-  
ρὸν ἥλασεν ἵχνευς,  
σκορπίος ἀπροϊδῆς ὀλιγψ ὑπὸ<sup>38)</sup>  
καὶ λοχήσας·  
τοῦ δὲ τέρας περίσημον ὑπ'  
ἀστέρας ἀπλανὲς αἴτιος  
οία κυρηλατέοντος αἰειδελον ἐστή-  
ρικται.

Chiam de Scorpio fabulam uterque ita sectatur, ut possis e Nicandro Arateam scripturam «ἐπετείλατο», i. e. «ἀνῆκε» exorientem fecit, tutari: qua de re diximus p. 66. Accedit «ἔστρωσται», quam proprie Arateam verbi formam, etsi alibi quoque reperitur, recte designavit Anbutius p. 13. In uno dereliquit Aratum poeta Colophonius, ut vero vel in dissensu auctorem persentiscas. Ingentem beluam biante monte exortam alter, alter invisibilem fere sub exiguo lapillo latitantem Scorpium repraesentavit.

Ultimo loco 'HESIODI' quae fertur ASTRONOMIAM tractabimus. Nam Pseudohesiodeum carmen illud dicimus non sine criticeorum quorundam consensu. Quod vero ulterius progressi ASTRONOMIAM fortasse post Arati demum tempus conditam esse contendimus, id discordare scimus tantum quantum potest a recepta nunc sententia communii. Etenim non modo 'Eratosthenem' in 'Catasterismis'

<sup>37)</sup> «κείνῳ» cum ceteri codices tum Marcianus. Pro «κείνῳ» quod reponam haesito, «Χίψ» an «Ἄλεινψ», quod utique cum «κείνῳ» et alibi confunditur Buhlius ad h. l. Sed perperam: \*κείνῳ\* est 'ei qui illic versabatur', i. e. in Chio insula antea commemorata. «Χίψ» (potius Χίψ) Scaliger coniecerat probante Hugone Grotio.

aiunt, sed iam Callimachum et Opuntium Philippum poematis antiquitatem testificari. Quibus obvertimus 'Catasterismos' ne hodie quidem factos esse Eratosthenicos; Callimachum vero et Philippum, epigrammate in Aratum illum, hunc p. 990 A, ad Hesiodi 'Opera' et non ad 'Astronomiam' respexisse. De Callimacho capite VIII videbimus. Philippum vero interpretando Franzius pervertit 'Stud. Lips.' 1890 p. 348—359. Quapropter locum adscribimus: . . σοφώτατον ἀνάγκη τὸν ἀληθῶς ἀστρονόμου εἶναι, μὴ τὸν καθ' Ἡστοδον ἀστρονομοῦντα καὶ πάντας τοὺς τοιούτους, οἷον ὁνταί τε καὶ ἀνατολὰς ἐπεσκεμμένον, ἀλλὰ τὸν τῶν ὀκτὼ περιόδων τὰς ἐπτὰ περιόδους, διεξιούσης τὸν αὐτὸν κύκλον ἐκάστης, οὕτως ὡς οὐκ ἄν ἔρδιως ποτὲ πᾶσα φύσις ἴκανή γένοιτο θεωρῆσαι, μὴ θαυμαστῆς μετέχοντα φύσεως. Quae ad Opera spectare propterea non credam, quod in illis, etsi ortus et occasus paucorum siderum commemorati sunt, non tractantur astronomica, sed oblata tantummodo occasione tanguntur, ut non facile liceat ad illorum tanquam exemplum ac principem eorum provocare, qui data opera, quamquam sine interiore qualem philosophus flagitat cognitione, de sideribus scripserint. Qua de causa carmen astronomicum a Philippo designari mihi persuasi. Omnia haec funditus caduca, cum vel Franzio, cur perbene ad 'Opera' referantur Philippi verba, suboluerit. Nec debebat idem recte sensa novarum rerum cupiditate interficere. Quid ortuum et occasuum observatio emolumenti habeat, suo exemplo in 'Operibus' ita praeiverat Hesiodus, ut a posterioribus 'Signorum' scriptoribus quasi signifer et princeps praedicaretur. Id Philippus sine ulla dubitatione voluit, voluit nostro aevo Idekerus ('Abh. der Berliner Akad.' 1830 p. 49), cui vix quisquam assensus est.<sup>38)</sup> Praeplacuit plerisque hariolari, etsi exacto ad

<sup>38)</sup> Philippus . . unterscheidet unter denen, die bloss nach Art des Hesiodus astronomisieren (er meint die Auf- und Untergänge der Fixsterne beobachten, um sie für den Landmann und Seefahrer in Kalendern zusammenzustellen) von den wahren Astronomen, die sich mit Erforschung der Bewegungen der Wandelsterne beschäftigen. — Buhlius II p. 463 Hesiodi 'Opera', Arati fuisse exemplum putat quidem — at quomodo! Placuit poetis illius aetatis imitari Homerum praecipue et Hesiodum, eoque libentius versati sunt in argumento quodam docto ad exemplum Hesiodi poetice exprimendo, quo promptior et frequentior inde enasceretur illis opportunitas non solum indolem poetam ostendendi, sed etiam exquisitam et elegantem doctrinam.

Hesiodi 'Opera' Arato rem conficiendi nulli defuit facultas. Verum de his postmodo.

Primus Asclepiades Myrleanus saeculo ante Chr. primo 'Astronomiam Hesiodeam' testatus est, sed scriptorem addubitavit verbis δὸ τὴν εἰς Ἡσιόδον ἀραιερομένην ποιήσας Ἀστρονομίαν. Ceteros auctores praetermittimus, quoniam commode omnes consociavit Franzius. Carminis aetatem ut arctius definiret, novam ille viam ingressus est. Quid enim? Aratum contendit ex ista 'Astronomia' nonnulla hausisse. Quid porro? quod iam veteres interpretes, qui identidem de Arati imitatione Hesiodea loquuntur, ad eundem librum legentes advertere voluisse Franzio videntur? Tota de hac re disputatio in duobus Arati locis consistit cum 'Astronomia' componendis. Etenim cum Vergilius 'Georg.' I v. 244 sq.

maximus hic flexu sinuoso elabitur Anguis  
circum perque duas in morem fluminis Arctos  
Aratum expressisset v. 45 sqq.<sup>29)</sup>

τὰς δὲ δι’ ἀμφοτέρας οἴη ποταμοῦ ἀπορροάς  
ελλεῖται, μέγα Θαῦμα, Δράκων, περὶ τ’ ἀμφὶ τ’ ἔαγώς,  
μυριός κτλ.,

Vergilii enarrator ad verba *in morem fluminis* adnotavit: *Hesiodus* «ποταμῷ ἡρετούτῳ ἐοικώς». 'Hesiodium' ubiquecumque scripsit versiculum de Dracone caelesti intellexisse recte fortasse Franzius existimavit ac iure eatenus ratiocinatus est, quod fragmentum ex uberiore caeli descriptione censuit depromptum et 'Astronomiae' haud male retribuit. Ceteroquin obsistimus neque extricamus, quomodo sibi ille tantum ipse placuerit, si Aratum faceret 'Hesiodeo' illo hemistichio utentem. Consimile fluvio Draconis sidus 'Hesiodus' ob anfractum duobus flexibus effectum ('Phaen.' v. 49 sqq.)

<sup>29)</sup> Cum Vergilius et Aratum habuerit et Varronem Atacinum, qui Aratum in multis reddidit, non sponderi semper queat singillatim, utrum adsciverit. De Atacini 'Ephemeride' p. 242 adn. exposuimus quantum sufficit. Verum etiam in 'Chorographia' memoriae Arateae insunt. Velut fr. 12 (Baehrens) *vidit et aetherio mundum torquerier axe.* 'Aetherius' identidem Romanis pro 'caelestis' est (cf. ex. gr. Lucilii fr. 1: *aetheris et terrue genitabile quaerere tempus*). Quodsi caeli axe dicit Varro verti mundum, ex Platonis Timaeo (cf. p. 128. 130) discere id potuit, multo potuit facilius ex interpretatione Aratea ad v. 22 ἄξων αἰὲν ἀρροεν, ἔχει δ' ἀτάλαντον ἀπάντη μεσοηγῆς γαῖαν, περὶ δ' οὐρανὸν αὐτὸν ἀγενεῖ. Sic Marcianii et textus et lemma scholiī, ipse denique scholiasta. Cf. p. 42—44.

vix probe vocavit, quoniam multifariam fluvii curvantur ac perpetuo. Quanto Aratus verius *οἴη ποταμοῖο ἀπορρώξ*, tanquam desecta amnis portinacula! Consensum igitur, qui Hesiódum inter et Aratum interest reapse, nisi pulchre Arati effatum non bene ab 'Hesiodo' redditum esse concluseris, expediri nequit. Quae si recte disputata sunt, Odonfredi Muelleri de alexandrina 'Astronomiae Hesiodeae' origine sententiam fere redintegravimus. Arrisit vero illud Vergilio, ut vidimus, arrisit Senecae 'Thyest.' v. 870 sq. *qui medias dividit Ursas fluminis instar lubricus Anguis*, at eodem uterque vitio nativae Arati veritati officit. Vellemus considerasset Franzius enarratoris Marciani scholium ad v. 45 'Phaenomenorum' adscriptum quam fecit p. 358<sup>1</sup> diligentius: *ἀς καὶ Ομηρος* ('Il.' II v. 755) «Στυγός ὑδάτος ἔστιν ἀπορρώξ, ἀπόρροια καὶ ἀπόσπασμα . τὸ δὲ «ποταμοῖο» ἄμα καὶ πρὸς τὸ πολυκαυπὲς τῶν ποταμίων ὑδάτων καὶ πρὸς τὸ τοῦ Δράκοντος μέγεθος. καὶ ἐν τούτῳ δὲ 'Ησιόδου'<sup>2</sup> ζηλωτὴς φαίνεται οὗτος γὰρ ποταμὸν εἶπασse δράκοντε εἰπών· «καὶ τε δὶ 'Ερωχομένοῦ'<sup>3</sup> εἰλεγμένος<sup>4</sup>) εἰσὶ δράκων ἀς» ('Catalog.' fr. 65 Rz.). οὗτος δὲ τούτων δράκοντι ποταμὸν ἀπείπασεν. Perspicua scholiastae notula est, utpote qui Aratum e 'Catalogorum' fragmento derivasse suam similitudinem denuntiet. Adparet vero, ne hac quidem ratione imitationi 'Hesiodeae', quam cogitatione satis inconsiderata Franzius effecit, locum relinqui. Quod ille damnum ut repararet quomodo cunque, immanem coniecturam insuper tentavit, cum post φαίνεται alterius alicuius interpretis adnotationem incipi et a praecedentibus, quae ad 'Astronomiam' tenderent, esse dirimendam suspicaretur. Quae sibi teat, si libuerit!

Deinde 'Astronomiae Hesiodeae' e mera coniectura eodem plaudente Franzio Marckscheffelius tres de Pliadibus versus adsignavit in scholiis Pindaricis ad 'Nem.' II v. 17 (fr. 12 Rz.) traditos:

<sup>40)</sup> Vedit Ruhnkenius locum 'Hesiodeum' observatum Apollonio Rhodio esse IV v. 1541 sqq.

ἀς δὲ δράκων αὐλιὴν εἰλεγμένος ξοζεται οἷμον . . .  
φει Αργὸν λίμνης στόμα νειπορον ἐξερέονσα  
ἀμφεπόλει δραυιὸν ἐπι χρόνον.

Cf. Marckscheffel. 'Hesiodi fragm.' p. 299.

<sup>41)</sup> διερχομένον Marcellanus: cf. Strab. IX p. 424.

<sup>42)</sup> ἡπειργμένως Marcellanus: cf. Strab. I. c.

Τηγέτη τ' ἔρεσσα καὶ Ἡλέκτρη πναρῶπις  
 Άλκυόνη τε καὶ Αστερόπη δίη τε Κελαινώ  
 Μαῖα τε καὶ Μερόπη, τὰς γεννατο φαιδίμος Ἀτλας.  
 Eadem Pliadum nomina Aratus v. 262 sq. induxit:  
 Άλκυόνη Μερόπη τε Κελαινώ τ' Ἡλέκτρη τε  
 καὶ Στερόπη καὶ Τηγέτη καὶ πόντια Μαῖα.

His praemissis cum Aratum ex 'Astronomia Hesiodea' sese ditasse praeoccupata opinione nuntiasset Franzius, carmen illud Arato esse vetustius porro edixit protinus. Scire vellemus, unde illa Pliadum nomina non ex aliis scriptis 'Hesiodi' (velut 'Eoeis' sive 'Catalogis') traxisse originem Franzius cognoverit. Redeunt cum progenie sua Pliades et in 'Catasterismis' Pseudoeratosthenicis p. 143 et in 'Bibliotheca' quae fertur Apollodori III 10, 1, t una solummodo iniecta differentia: quo fit, ut antiquum Atlantidarum recentissimum additamentis nonnullis postea adauetum dicamus. Neque ignoravit laterculum Dionysius Scytobrachio.<sup>43)</sup> Suscepit igitur Pliades Aratus e proba et prisca memoria, fortasse 'Hesiodea', dummodo ne 'Astronomiam' obtendas.

Delapsa ad Arati fontes scriptione nonnulla de Hesiodo subiciimus longius repetita. 'Operibus' vero statim addemus 'Theogoniam'. Monstrant enim usum et imitationem Hesiodeam 'Opera', commonestrat 'Theogonia' cum Arati 'Phaenomenis' comparata. 'Ησιόδου τό τ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος.

Ernestius hymni in Dianam Callimachei versus 19 sq. Arato obversatos fuisse v. 115 sqq. de Virgine scribenti suspicatus est. Misso mirifice Ernestii de tempore errore ipsa testimonia examinemus.

## CALLIMACHUS.

σπαργὸν γάρ, ὅτ' Ἀρτεμις ἄστυ κάτειστιν. οὐρανον οἰκήσω, πόλεσιν δ' ἐπι- μετξομαι ἀνδρῶν,	ἀργυρέψ δ' ὀλγη τε καὶ οὐνέτι πάμπταν ἔτοιμη ἀμπτει, ποθέονσα παλαιῶν ἥθεα λαῶν.
--	---

## ARATUS.

<sup>43)</sup> Diodor. III 60. Ab eodem V 52 Hyades enumerantur: Φαλα Κορωνὶς Κλελα. An Φαλα — Κλελα? Cf. 'Astron.' Hes. fr. 14 Rz. Φαλα: Φαλό = Ἰππη: Ἰππό.

μοῦνον ὅτ' ὁξεῖησιν ὑπ' ὀδη- ἀλλ' ἔμπης ἔτι κεῖνο κατ' ἀρ-  
νεσσι γυναικες γύρεον γένος ἦν.  
τειρόμεναι καλέουσι βοηθόν. ἥρχετο δ' ἐξ ὀρέων ὑποδείελος  
ἡχητών  
μουνάξ, οὐδέ τε φέπεισγετο  
μειλιχίοισιν.

Iudicent lectores. Nobis cognatae dictionis parum occurrit: in argumento dissentunt. Virgo Aratea cur e montium solitudine veniat, diximus p. 138<sup>44)</sup>: Diana per saltus venatur. Deest in Callimacho, quod apud Aratum momenti summi esse nobis videtur, crepusculum. Ac recte deest. ὅτε οὐδεὶς αὐτὴν ἔωρα interpres antiquus Marcianus male explicavit, quoniam crepusculum non idem atque nox est tenebriosa. Meminimus in tempore proverbii Hesiodei: «μακάρων τοι νύκτες ἔασιν» (‘Opp.’ v. 730) ‘noctu ambiunt dīi’. Memoriam igitur ex Arato demptam quaequivimus frustra in Callimacho. Margaritam Hesiodeam lucrabimur.

‘Theogoniae’ Hesiodeae prooemium e versibus 1—4. 9—10. 22—35 Ellgerus (‘De prooem. Theog. Hes.’, Berolini 1873) ita reconlegit, ut unam solam rem desereret infectam. Invocat Hesiodus Ascreas v. 9 sqq. Musas in Helicone degentes,

ἐνθεν ἀπορύμεναι, κεκαλυμμέναι ἡέρι πολλῇ,  
ἐννύχιαι στείχον περικαλλέα ὅσσαν ιεῖσαι.  
αἱ νύ ποδὶ Ἡσιόδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,  
ἄρνας παιμανονθ’ Ἐλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.

‘Noctu in Helicone incedere solebant Musae. Hac enim re sola intellegimus, quomodo fieri potuerit, ut cum Hesiode sub Heliconis iugo greges pascente congregarentur’ Ellgerus ait p. 29 ipse secum idemque cum Hesiode discrepans. Musae enim si incedunt in Helicone, a pastore ad montis pedes cum pecore commorante mirum quantum seiunguntur. Sententia postulat, ut decesserint ad Hesiodium deae nocturno tempore, artem poeticam docturæ: admittit poetae oratio<sup>44)</sup>). Ita enim duce Arato interpretamur: ‘ab

<sup>44)</sup> Mox accedit — fortasse tertio iam saeculo — ut non modo aliter narretur Musarum apud Hesiodium commoratio, sed ipsius Hesiodi dicta inverterentur. Epigramma enim ‘Anth. Pal.’ IX 64, modo Asclepiadi modo Archiae tributum, utitur materia Healdæ, sed quomodo!

αὐταὶ ποιμανοτα μεσημβρινὰ μῆλά σε Μοῦσαι  
ἔδρακον ἐν χραναοῖς οὐρεσιν, Ἡσιόδε κτλ.’

Helicone sede sua<sup>45)</sup> profectae noctu tenebris tectae ire solebant' — extra Heliconem aliquo. Definitius poeta quo iverint e vestigio subicit v. 22:

αἱ νῦ ποθ' Ἡσιόδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδήν,  
ἄργας ποιμανονθ' Ἐλιπῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.

Ad homines, dum advesperasceret, meabant: μασάγων τοι νύκτες ἔσσιν.<sup>46)</sup> Bacchi Cithaeronii orgia νύκτω τὰ πολλά· σεμνότητ' ἔχει σκότος (Eurip. 'Bacch.' v. 456). Latona *Nυχία* Plataeensium erat<sup>47)</sup>; Nyctens, Celaenus filius, pater Nycteidis — nomina animadvertisit caliginem omnia indicantia — item Cithaeronius (O. Mueller. 'Orchom.' p. 222).<sup>48)</sup> Itaque per Parasopiam regionem

---

Praepedivit ne intellegeretur sententiam Jacobsius adnotando: *ductum ex Hesiodeo 'Theog.'* v. 21. 'Oper.' v. 658. Nam non sub Helicone sed in ipso monte, non noctu sed meridie Musae Hesiodei iamiam adparuerunt. Novavit vero 'meridiem' epigrammatographus sive anterior aliquis vitae scriptor (cf. Vit. I W.), cum illo diei tempore deos crederet inter homines versari (cf. testes a nobis 'De Lenaeo et Delphinio' Gryph. 1891 p. 12<sup>3</sup> citatos), novavit locum, cum ne hac quidem in re Hesiodea perspiceret. Maximus Tyrius biographo utitur Hesiodei 'Diss.' XXII p. 224 Davisi.

'Operum' exordio Pierides Musas Hesiodus invocavit. In Pieria enim natae Hēliconiae sunt matre Cithaeronia 'Theog.' v. 53 sq.: τὰς ἐν Πιερῃ Κρονίδη τέκε πατρὶ μυέσα Μνημοσύνη, γοννοῖσιν Ἐλειθῆρος μεθέουσα. — Aequius de 'Operum' exordio recentioribus plerisque antiqui quidam critici (ut Callimachus, qui figuram v. 3—4 expressit eadem occasione in hymni in Iov. epilogo τεὰ δ' ἔργματα τις κεν δεῖδοι; οὐ γένεται τις καὶ Διὸς ἔργματ' δεῖσει;) iudicabant; recte Kirchhoffius 'Hesiodes Mahnlieder au Perses' p. 38 sq. — Mnemosyna Musarum mater etiam Athenis: Polemo in schol. Soph. 'Oed. Col.' ηγεάλια μὲν ἵερα θύνοντι Μνημοσύνη Μούσαις Ήτι κτλ. Laurentianus «Μούσαις», quod inde a Prellerio 'Polem. fr.' p. 73 expellunt inducta «Μούσαις» conjectura. Iovis Mnemosynae Musarum statuas Eubulides sacravit Paus. I 2, 5.

<sup>45)</sup> Cf. p. 138<sup>49)</sup>. 'Theog.' v. 129 γεινατο δ' Οὔρεα μαχρά, θεῶν χαρι- εντας ἐναέλους. Cui versu qui addidit *Nυμφέων*, αἱ νατονοι ἀν' οὔρεα βησ- σήντα poetae vim intulit.

<sup>46)</sup> [Haec postquam dudum scripta sunt, Schoemannum vidimus 'Die Hesioidische Theogonie' p. 300 eundem 'Operum' v. 730 adscivisse.]

<sup>47)</sup> Plutarch. 'Daed.' V 1 p. 757 Reiske.

<sup>48)</sup> Soph. 'Antig.' v. 1146—1152. Pausan. I 40, 5. Dianaes Προσηγόρας ('De Lenaeo' l. c.) iuvat breviter meminisse. νὺξ ἵερη epicum est 'sacra nox' (dis- sentimus enim a G. Schulzii 'Quaest. epicae' p. 215 docta disputatione. Cf. quae ipsi de ἵερος in Brugmanni 'Studiis indogermanicis' I p. 157 sqq. disse- rauimus).

Hesiodi patriam<sup>49)</sup> nocturnam deorum praesentiam concreditam fuisse elucet. In istorum itinerum aliquo noctu initorum Musae cum Hesiódum ad montis radices petivissent, maledicunt ei prisca et genuina morum rusticitate, deinde gloriatae artem baculo laureo in manus dato inspiratum deos carmine celebrare iubent. Eminet exordium illud propria quadam simplicitatis virtute et citata narratione — quod vetustatis indicium nuntiamus auctore Lachmanno — et se admodum antiquis hominibus commendavit (Ellger. p. 9). At quid haec ad Aratum? Noctu etiam Virgo homines argenteos frequentat, sed quid factura! Attendas iteratam referri actionem v. 120 sqq.:

ἀλλ᾽ ὅπότ᾽ ἀνθρώπων μεγάλας πλήσαιτο κολώνας<sup>50)</sup>,  
ηπείλει δὴ ἔπειτα καθαπτομένη κακότητος,  
οὐδὲ ἔτ᾽ ἔφη εἰσωπὸς ἐλεύσεσθαι καλέουσιν·  
«οἶην χρύσειοι πατέρες γενεὴν ἐλίποντο  
χειροτέρην. ὑμεῖς δὲ κακώτερα τεξείεσθε.  
καὶ δὴ πον πόλεμοι, καὶ δὴ καὶ ἀνάρσιον αἷμα  
ἔσσεται ἀνθρώποισι, κακὸν δὲ ἐπικείσεται ἄλγος».  
ὡς εἰποῦσ’ ὁρέων ἐπεμαίετο, τοὺς δὲ ἄρα λιούς  
εἰς αὐτὴν ἔτι πάντας ἐλλιπτανε παπταίνοντας.

Quotidie Virgo Aratea illud conviciandi consilium singillatim executa est a morum malignitate revocatura — ad satietatem usque et fastidium! Simplicius pulchriusque Musae Hesiodeae. Descendunt illae quoque e montium secretis quotidie, ad semel comparsuisse Hesiodo satis habent. Hesiodi studio et admiratione adductum si Aratum sumpseris, ut superfluum illud et intempestivum deformitatis exemplum ipse componeret: plana erunt omnia. Iam vero ipsum paene prooemium Hesiodeum Aratus citavit v. 220 οἱ δὲ νομῆς πρῶτοι κεῖνο ποτὸν διερήμισαν Ἰππονυχρήνην: hoc enim Arati loco ipsi Heliconii pastores nobilitantur. Sensit etiam scholiasta ad v. 215.<sup>51)</sup> Ergo statuendum ita esse censemus, ut

<sup>49)</sup> Multo plura, quam primo obtutu putaveris putantque enarratores Hesiodi ac mythologi, in utroque carmine conficiendo religioni patriae Hesiódus accepta refert. Puella ‘Theog.’ v. 570 sqq. a Minerva et Vulcano ex argilla effecta et quasi ad nuptias ornata semper nobis in mentem Daedalorum Plataeensium consueta et caerimonias vocavit (Plut. l. c. p. 759 sqq.). An fallimur?

<sup>50)</sup> κολώνας Aratus dicit ‘urbem in collibus sitam.’ Cf. v. 989.

<sup>51)</sup> εὐληφε δὲ τὴν ἴστοριαν παρ’ Ἡσιόδον διό φησιν ‘οἱ νομῆς πρῶτοι ἔκεινο τὸ ποτὸν Ἰππονυχρήνην ὠνόμασαν.’

significavimus.<sup>52)</sup> Profecto Ἡσιόδον τὸ τ' ἀεισμα καὶ ὁ τρόπος!

Ultima Iustitiae verba 'Operibus' Hesiodeis v. 201 sq., qui de quinto genere sunt, adeo adpropinquant, ut veriorem scripturam e varietate lectionis in codicibus obvia eligere possis: «κακῶν δ' ἐπικείσεται ἄλγος» Marcianus in textu, «κακόν» supra lineam idem liber, «κακῶν δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή» recentior in Parisino A manus. Quae textus variatio et ipsa ex Hesiodo manavit (v. 201), ac perfacile potest fieri, ut «κακῶν» illud Marciani, quippe quod sensu cassum sit ideoque scripturae «κακόν» posthabendum, e memoria ista Hesiodo erupta remanserit. Arateum «κακόν-ἄλγος» respondet Hesiodo «ἄλγεα-λυγρά» dicenti atque aliquantum inde firmamenti accipit (cf. p. 263).

Patent alia quoque Hesiodea in eadem Arati narratione. V. 102 ἥρχετο δ' ἀνθρώπων κατεναντίη, οὐδέ ποτ' ἀνδρῶν οὐδέ ποτ' ἀρχαίων ἡγήσατο φῦλα γυναικῶν, ἀλλ' ἀναιμῆς ἐνάθητο καὶ ἀθανάτη περ ἑοῦσα ~ fr. 216 Rz. Συντὶ γὰρ τότε δαῖτες ἔσαν, Συντὶ δὲ θύωνοι ἀθανάτουσι θεοῖσι καταθητοῖς τ' ἀνθρώποις. Monuit scholiasta παρὰ τὸ 'Ἡσιόδειον' Aratum sua formasse. — Raro per argenteam aetatem vesperi homines adibat Iustitia ποθέουσα παλαιῶν ἥθεα λαῶν v. 116 ~ 'Operum' v. 222: eadem male tractata ἔπειται πλαισίουσα πόλιν καὶ ἥθεα λαῶν ἡέρα ἔσσαμένη κακὸν ἀνθρώποισι φέρουσα, οἵ τέ μιν ἐξελάσωσι καὶ οὐκ ἴθεισαν ἔνειμαν. — Praeterea 'Opp.' v. 236, qui sunt de iustis hominibus, τοῖσι φέρει μὲν γαῖα πολὺν βίον . . . Θάλλονσιν δ' ἀγαθοῖσι διαμπερές· οὐδὲ ἐπὶ τηῶν νισσονται, καρπὸν δὲ φέρει ζειδωδος ἀρσονρα eon-tulit Grafius 'Stud. Lips.' VIII (1885) p. 48 cum Arati v. 111 καὶ βίον οὐπω τῆς ἀπόρροφεν ἡγίνεσκον, ἀλλὰ βόες καὶ ἀροτρα καὶ αὐτῇ πότια λαῶν μνημία πάντα παρείχε Δικῆ δάντειρα δικαῖων (quibus in versibus adlitterationem attendas nonnunquam, ut dixi-

<sup>52)</sup> Quamquam hac quidem in parte carmen auctum est memoria Simonidea (cf. supra p. 138<sup>46)</sup>) et Empedoclea: Empedocles v. 417 Stein. οὐδὲ τις ἡν̄ κείνοισιν Ἀρης θεὸς οὐδὲ Κυδομός . . . ἀλλὰ Κύπρος βασίλεια ~ Aratus v. 108—9 οὐπω λειγαλέον τότε Νείκεος ἡπίσταντο οὐδὲ Διακρίσιος πολυμεμφέος οὐδὲ Κυδομού. Vidit Mullachius p. 75. Clausula «ἀτάλαντον ἀπάντη» Empedoclea v. 79 Stein. ~ Arat. v. 22. — Empedocleum (supra p. 129) «κικλήσκεται ἀνθρώποισιν» transiit in Eratosthenem 'Mercur.' fr. IV Hill. et in anonymum poetam, sive Musaeus fuit ille sive alius aliquis, in 'Catasterismis' citatum p. 102 «Αἰγιλοχός κικλήσκεται ἀνθρώποισιν»: cf. cap. IX.

mus, in 'Phaenomenis' conspicuam). Vides, quam non male (etsi non ex omni parte verum est) scholiasta 'totam historiolam' de Virgine Aratum accepisse ab Hesiodo pronuntiaverit! — Dissident de Virginis origine, vel potius ne hac quidem in re dissidere dicendi, v. 99 sq. εἴτ' οὐν Ἀστραῖον κείνη γένος . . . εἴτε τεν ἄλλον, i. e. Iovis e Themide nata secundum Hesiodi 'Opera' v. 256 et 'Theog.' v. 902.

De Arati scientia ac facultate astronomica quid Hipparchus indicaverit, constat. ή γὰρ τῶν ποιημάτων χάρις ἀξιοπιστίαν τινὰ τοῖς λεγομένοις περιτίθησιν· καὶ πάντες σχεδὸν οἱ τὸν ποιητὴν τοῦτον ἐξηγούμενοι προστίθενται τοῖς ὑπὸ αὐτοῦ λεγομένοις ille professus est p. 172 D. Iudicavit Hipparchus perinique operaे nihil nisi transferendo Eudoxo consumpsisse Aratum. Attamen semel Hipparchus a sese ipse defecit (cf. cap. VII ecl. XLV). Nam si vel melius Eudoxo Aratum et scivisse aliquid et dixisse asseveravit, quid aliud ei quam caeli haud mediocrem tribuit peritiam? Hipparcho etiam iniquius asseclae Hipparchei existimabant. Cognovimus Dionysium p. 224 et Avienum cap. VII ecl. VI. Excepit tale quid vel M. Tullius ‘De oratore’ I 15, 69 (e Vita Arati nescio qua): *Qua re hic locus de vita et moribus totus est oratori perdiscendus. Cetera si non didicerit, tamen poterit, si quando opus erit, ornare dicendo, si modo ad eum erunt delata et ei tradita. Etenim si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse, si de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum, Nicandrum Colophonum, poetica quadam facultate, non rustica, scripsisse praeclare: quid est, cur non orator de rebus iis eloquentissime dicat, quas ad certam causam tempusque cognorit?* Eandem sententiam M. Tullius repetivit in librorum ‘De rep.’ primo c. XIV 22. Addimus Leontium mechanicum ‘De sphæra Aratea’ (Buhle I p. 257 sq.): *ἰστέον δέ, ὅτι τὰ περὶ τῶν ἀστρῶν τῷ Ἀράτῳ εἰρημένα οὐ πάντα καλῶς εἴρηται, ὡς ἔστιν ἐκ τε τῶν Ἰσπάσχων καὶ Πτολεμαϊκῶν συντεταγμένων περὶ τούτων μαθεῖν. αἵτιον δὲ πρῶτον μέν, ἐπεὶ καὶ τὰ Εὐδόξου (οὓς μάλιστα ἡκολούθησεν ὁ Ἀράτος) οὐ λίαν δραῦτας εἴληπται, ἔπειτα δέ, ὅτι καὶ οὐ πρὸς τὸ ἀκριβές, ὡς φησι Σπόρος ὁ ὑπομνη-*

*ματιστής, ἀλλὰ πρὸς τὸ χρύσιμον τοῖς ναυτιλλομένοις ταῦτα οὕτω διαχέγραπται. εἰκότως τε ὁ λοσχερέστερον περὶ τούτων διαλαμβάνει κτλ'.* Hipparcho recentiores omnes<sup>1)</sup> inde a Scaligero (ad Manil. p. 53) usque ad Buhlium II p. 465 et ultra — in paucis enim ac modeste per editionem passim oblocutus est Buttmannus — cum assentiri soleant: inter veteres longe gravissimi auctores nec pauci, qui et ante Hipparchum et postea fuerunt, aliter censebant. Iacent hodie aut contempti aut ignorati aut perperam intellecti, ut nunc et congerendi et interpretandi de integro labor nobis suscipiendus sit necessario.

Hipparchum ipse, acriter si aggressus eris, non tam male, quam videri et consuevit et voluit, re vera de Arati cognitione caeli sensisse, si quidem vel accuratius Eudoxo nonnulla ille sci- visset, breviter monuimus. Praeterea idem Hipparchus frequenter significavit omnes ante se ‘Phaenomenorum’ interpretes Aratum putasse siderum peritissimum. Quodsi ille translatorem dixit Eudoxi et ne erroribus quidem vertendi immunem Aratum, hoc novum primus suo fecit et periculo et auctoritate. Percipi non posset tanta Hipparchi in scribendo copia et tam industrie quaesita accu- ratio, nisi pervulgata erat iam tum laus Arati et in rebus astro- nomicis existimatio. Vel usum Eudoxi Arateum primus Hipparchus exstitit qui contenderet. Non perdimus operam: eclogas, si dif- fidis, cap. II et VII prolatas inspicias. Ergo, ante Hipparchum quotquot de ‘Phaenomenorum’ argumento sententiam tulerunt, eos omnes exspectamus poetae scientiam caeli reliquisse. Sed de his postea pluribus.

In eandem sententiam Theo astronomus discessit p. 59 W.: ὅθεν τινὲς τῶν ἀπαλωτέρως προσερχομένων ταῖς ἔξηγήσεσιν ἔδοξαν μὴ μαθηματικὸν εἶναι τὸν Ἀρατον· ὑπέλαβον γὰρ μηδὲν ἔτερον τῶν Εὐδόξου Φαινομένων ποιήσαντα αὐτὸν εἰς τὸ σύγγραμμα θεῖναι. ταύτης δὲ τῆς γνώμης ἔχεται καὶ “Ιππαρχος ὁ Βιθυνός· ἐν γὰρ τοῖς ‘Πρὸς Εὐδόξον καὶ Ἀρατον’ πειρᾶται τοῦτο ἀπο-

<sup>1)</sup> Semel etiam Scaliger adnotavit inique Hipparchum de Arato sensisse ad p. 196 B Petavii (cap. II p. 90sq.) de Ara: *Hipparchus hic non assequitur mentem Arati: non enim de distantia earum stellarum ab Arctico loquitur, sed ait diutius Arcturum esse supra terram quam Aram, quae statim, ut orta est, occidit, utpote quae sit propior intersectioni meridianae i. e. τῷ σημείῳ ανταρκτικωτάτῳ.*

δεικνύναι. συναγορεύει δὲ αὐτῷ καὶ Διονύσιος ἐν τῷ ‘Περὶ συγκρίσεως Ἀράτου καὶ Όμήρου περὶ τῶν μαθηματικῶν’, ὅπερ γέ φησιν «οὐ τιθεμεν αὐτὸν ἵστρον εἶναι γράψαντα τὰς Ἰατρικὰς δυνάμεις», οὐδὲ μαθηματικὸν θήσομεν οὐδὲν ξένον εἰπόντα τῶν Εὐδόξου». βιάζονται δ' οὐ μετρίως· ἦν γὰρ καὶ τὸ εἰδέναι μεταφράσαι ἐμπειρίας μαθηματικῆς. εἰρήσομεν δὲ αὐτὸν καὶ ἐπιμελέστερον τὰ πλείστα τοῦ Εὐδόξου ἐπιστάμενον. Item Achilles Vit. I p. 55 W.: ἐπιτετεγμένως δ' αὐτῷ ἔγραψῃ τὰ ‘Φαινόμενα’, ὡς παρενδοκιμηθῆναι πάντας ὑπ' Ἀράτου· καὶ γὰρ Εὔδοξος ὁ Κυτίδιος ἔγραψε ‘Φαινόμενα’ κτλ'. Longius etiam stoicus Vitae alterius auctor processit p. 57: πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι ‘Φαινόμενα’ ἔγραψαν (sequitur indiculus E p. 141 sq. editus, in quo comparet ipse Hipparchus). ἀλλ' ὅμως πάντων λαμπρότερον ὁ Ἀράτος ἔγραψεν κτλ'. Vel Hipparcho ‘splendidius’ rem suam Aratum gessisse adfirmat biographus!

Vitruvii astronomus egregius, quem iam p. 153<sup>63</sup> tractavimus, anteriorum physicorum inventa, inquit IX c. 7, secuti siderum ortus et occasus tempestatiūmque significatus Eudoxus Euctemon Callippus Meto Philippus Hipparchus Aratus ceterique ex astrologia parapegmatorum disciplinis invenerunt et eas posteris explicatas reliquerunt. Quorum scientiae sunt hominibus suspiciendae, quod tanta cura fuerunt, ut etiam videantur divina mente tempestatiūm significatus post futuros ante pronuntiare. Quas ob res haec eorum curis studiisque sunt concedenda. Quodsi in excellentissimorum astronomorum numero Aratus conspicitur, certe is, cui placuit hic ordo, noluit artis expertem indicare.

Idem in Vergilium nobis cadere videtur ‘Ecl.’ III v. 40 (cf. p. 270):

in medio duo signa, Conon et — quis fuit alter,  
descripsit radio totum qui gentibus orbem,  
tempora quae messor, quae curvos arator haberet?

Similiter de Arato Cinna verba fecit: cf. inferius.

Porro refert Vita altera e fonte optimo p. 56, 5 West. ἐν τοῖς χρόνοις δ' ἐγένετο κατὰ Φιλάδελφον τὸν βασιλέα· συνήκμαζε δ' Άλεξανδρῷ τῷ Αἴτωλῷ καὶ Φιλητῷ καὶ Διονυσίῳ τῷ φιλοσόφῳ, *(τῷ)* εἰς ἥδονάς μεταθεμένῳ, οὐ καθηγήσατο τὰ μαθηματικὰ δ' Ἀράτος. Si Aratus in astronomia Dionysii exstitit praeceptor,

scire ipse quod satis esset debebat. Quocum concordat Aristotheri, probati astronomi, magisterium Vit. IV p. 60, 22: ἔνιοι δέ φασι τὸν Ἀράτον Μνασέον πατρός γεγονέαν, Ἀριστοθήρον δέ τινος μαθηματικοῦ διακούσαν. Ac notum est contra Aristotherum de planetis librum edidisse Autolycum (Wachsmuth. 'Mus. rhen.' 1865 p. 455 sq.).<sup>2)</sup> De Aristotheri et disciplina Arati et domicilio utinam constaret! Quod cum seclusus sit, ratiocinando expleri defectum posthac necesse erit.

Paucis interiectis idem pergit biographus scientissimus l. 26: συνήκμασε δὲ Νικάνδρῳ, μαθηματικῷ καὶ αὐτῷ, Κολοφωνίῳ, θεραπεύοντι ἄμα αὐτὸν. Quoniam 'mathematicum' ille dicit Nicandrum, ne per errorem quidem poeta saeculi alterius Colophonius intelligi potest, quidquid contra molitur O. Schneiderus 'Nicandrea' p. 8. Praeterea paullo ante eum locum, quem adscripsimus, haec leguntur: .. ὥστε καὶ θεραπεύμενόν ἐστιν ὑπό τινων, ὡς ἦν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Νικάνδρῳ τῷ Κολοφωνίῳ τῷ τὰ Θηριακὰ γράψαντι. λέγονται τε προτεῖναι ἀλλήλοις ὃ μὲν Ἀράτῳ σκέψασθαι τὰ 'Φαινόμενα', ὃ δὲ Νικάνδρῳ τὰ 'Θηριακά'. τοῦτο δὲ καταφανῶς ἐστι ψεῦδος· ὃ γὰρ Νικανδρος οὐδὲ οὐλμπιάσι νεώτερος φαίνεται. Ergo cogitari vel hac de causa nequit Nicandrum mathematicum et eum, qui Theriaca composuit, esse posse eandem personam. Quodsi occurrit alicubi tale quid dictum, personae falso inter se commutatae sunt, praesertim cum uterque Colophonius fuerit natione. Iam legas Vit. II p. 56, 12: ἔντοις δὲ ἀρέσκει Ἀράτον ἱστὸν γεγονέαν τῇ ἐπιστήμῃ, φίλον τε (ὅλον τε codices: corr. O. Schneiderus) γεγονότα γνήσιον Νικάνδρῳ τῷ μαθηματικῷ γράψαι τὰ Θηριακά καὶ δοῦναι Νικάνδρῳ λαβεῖν τε παρ' αὐτὸν τὰ Φαινόμενα καὶ ἴδιογραφῆσαι.<sup>3)</sup> Adparet Nicandrorum homonymiam cetera errata procreasse. Iam

<sup>2)</sup> Susemihl. I p. 703. — Vel una Aristotheri mentione praeter ceteros biographus excellit quartus, ut aestimare possis, quantilli G. Buschii de biographo illo commenta facienda sint 'De bibliothecarii alexandrinis' p. 11. Cui male adstipulatus est Susemihl. I p. 286<sup>7</sup>. Verum fere dixerat dudum Wachsmuthius l. c.

<sup>3)</sup> Recte ante nos Buhlius II p. 453: *aequalis Arato . . Nicander mathematicus Colophonius, diversus a Nicandro poeta itidem Colophonio, qui Arato erat recentior.* Ceterum scripsimus *ἴδιογραφῆσαι*, *ἴδια πρᾶξαι* vel *ἴδιάσσασθαι* coni Westermannus, ὡς *ἴδια γράψαι* Iriartius: *ἴδια γράψαι* codex Matritensis.

vero si Nicandros duos Colophonios litteris deditos habemus quadraginta fere vel quinquaginta annos inter se diremptos, verisimile illos fuisse avum et nepotem ab avo denominatum. Innotuit de Nicandrorum gente nihil dum praeter Anaxagoram iunioris patrem<sup>4).</sup>

Attalus astronomus Rhodius, paullo Hipparcho antiquior, omnibus propemodum Arati de caelo placitis subscrispsit tanquam eximiis et e perfecta et consummata siderum scientia deductis. Plura in prooemio academico ‘De Attali Rhodii fragmentis Arateis’ disputavimus.

Leonidas Tarentinus, Arati fere aequalis, non modo poeticam illius facultatem sed etiam rerum cognitionem extulit non sine studio quodam et admiratione ‘Anth. Pal.’ I. p. 239 c.:

*Γράμμα τόδ' Ἀρήτοι δαήμονος, ὃς ποτε λεπτὴ  
φροντὶ δι δηναιοὺς ἀστέρας ἐφράσατο.*

‘Cura subtilis’ versiculi sunt, Callimacheo exemplo (de quo statim locuturi sumus) praedicati; item productio in Ἀρήτος Callimachea. δαήμονος igitur aliorum spectabit. Quid multa? Astronomum designat Leonidas Aratum ‘caeli peritum’ non aliter atque Meleager ‘Anth. Pal.’ IV v. 49 ἀστρων ἴδειν Ἀρετον postea nominavit. Cf. p. 230.

Denique Callimachum producimus. Instat enim nobilissimi in Aratum epigrammatis explicatio ab errati noxa vindicandi. Ecce versiculorum Achillis codice Vaticano oblatorum exitus p. 54 W.: χαίρετε λεπταὶ ἔγιστες Ἀρήτον σύγγονος ἀγρυπνῆς. Ubi «σύντονος» Anthologiae liber Palatinus. «σύγγονοι» simplicissime in Achille immutavit Scaliger, sed cum omnium criticorum dissensu. Ruhnkenii potius editoribus etiam novissimis conjectura arrisit: «σύμβολον». De qua priusquam disseratur, fata traditarum scripturarum et historia recensenda sunt. Utraque enim scriptura ex altiore antiquitate repetitur. «σύντονος ἀγρυπνῆς» ‘intenta lucubratio’ sive

---

<sup>4)</sup> E titulo delphico (Cauer ‘Delectus’ p. 209). Ergo aliquo modo ΔΑΜΑΙΟΥ depravatum esse ex ΑΝΑΞΑΓΟΡΟΥ iudicavit Susemihlius I p. 891. At quid de versu Nicandri «ἀνήσεις νίκη πολυμηνότοιο Δαμαλον» statuendum, qui quinque nominis proprii syllabas respuit, in scholiorum Vita p. 3 Schn. fr. 110 p. 131? Breviatam formam ΑΝΑΞΟΥ pro ΔΑΜΑΙΟΥ restituimus. Cf. Alexos ~ Alexandros, alia.

'quod intenta lucubratione effectum est' Cinna imitante confirmatur (post Catullum L. Muelleri p. 87; 'F. P. R.' ed. Baehrens p. 324):<sup>5)</sup>

*Haec Tibi Arateis multum vigilata lucernis  
carmina, quis ignes novimus aerios,  
levis in aridulo malvae descripta libello  
Prusiaca vexi munera navicula.*

Vel nocturno ad lucernam studio elaborasse Aratum et elimasse 'Phaenomena' ingenti industria et Cinna credidit et Anthologus, qui ad communem fontem revocandi sunt, sed vix ad 'Coronam' Meleagri. Caeli scientem observatorem necessario negare is, qui ita scriptos versus proferret, et Hipparchae de Arato opinioni accedere debuit. Iam alteram lectionem examinemus, num aequius iudicium et laudem Arati contineat. «σίγγονοι ἀγρυπνίης» (vel «ἀγρυπνίη») Aratei versus tunc probe dicentur, si modo ἀγρυπνίη est (et potest perbene) 'nocturna caeli observatio'. Callimachus si astronomiam Arati iuxta poesin celebrare voluit, tanquam gemellas et quae dissolvi inter se nequirent viri hasce virtutes an praedicasset perverse?<sup>6)</sup> συνήθης in simili cogitato Hesiodus adhibet 'Theog.' v. 229 sq. Peperit Eris illic

*Νεκέα τε Ψευδέας τε λόγους Ἀμφιλογίας τε  
Δυσνομίην Ἀτην τε, συνήθεας ἀλλήλοισιν.*

Quicquid igitur dicere vel scribere in astronomia Aratus temptabat, versus erat: *sponete sua carmen numeros veniebat ad aptos.* Iam relegas Theonem (Vit. III) post verba modo proposita ita pergentem: ἦδη καὶ ὁ Καλλίμαχος συνεγγίζων<sup>7)</sup> αὐτῷ κατὰ τοὺς χρόνους. «⟨λεπτάται<sup>8)</sup> ⟩ ⟨ρύσιες<sup>9)</sup> ⟩ Ἀριότον<sup>10)</sup> σίγγονοι ἀγρυπνίης»<sup>11)</sup> τῆς τῶν Φαινομένων θεωρίας<sup>12)</sup>, διὰ τὴν παρατήρησιν. Editores cum ista verba corrupta darent coniecturis, factum est ut hodieque nesciatur Achilleam epigrammatis scripturam Theonis consensu

<sup>5)</sup> Contulerunt Cinnam Hugo Grotius p. 1 'Notarum' et Diltheyus 'De Call. Cyd.' p. 12<sup>2</sup>, nec tamen recte usurparunt.

<sup>6)</sup> Ἀγρυπνία iuxta Ἐπιμέλειαν persona est apud Martianum Capellam II 145.

<sup>7)</sup> συνεχίζων A(mbrosonianus) B(aroccianus) 119 fol. 116 s. XV).

<sup>8)</sup> <sup>9)</sup> supplevi et-τατ feci ex τοῦ codicum.

<sup>10)</sup> Ἀράτον codices.

<sup>11)</sup> σύντονον ἀγρυπνίην coni Westermannus pessime.

<sup>12)</sup> τῆς — θεωρίας AB: τὴν — θεωρίαν codices nescio qui apud Westermannum p. 59.

adprobari. Unde certissime concludimus iam in vetustiore Vita utriusque communi σύγγονος (-οι) et non σύντονος lectum fuisse et ad caeli cognitionem revocatum. Tertium testem adiungimus. In fronte 'Isagogae ex aliis scholiis depromptae' p. 165 Petav. — de qua cf. p. 12 — idem Callimachi epigramma huncce in modum attingitur: καλὸν κατὰ τὸν Κυρηναῖον ἀμελψασθαι τῷ λόγῳ τὸν Ἀράτου πόνον, δὲν ἐπόνησεν<sup>13)</sup>

ἡμενος (οὐδέ οἱ ὑπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτεν

Πληγάδας εἰσορόωντι<sup>14)</sup> καὶ δψὲ δύοντα Βοώτην

Ἄρετον 3', ἦν καὶ Ἄμαξαν ἐπικλησιν καλέονσιν)

ὑπὲρ τὸν Ἰθάκησιον<sup>15)</sup> κυβερνήτην (Od. V v. 271—273). τῷ μὲν γὰρ Ἀλικαρνασσεῖ<sup>16)</sup> ἀτα ἀπιστότερα ὄφθαλμῶν τυγχάνει (I, 8), Ἀράτος δὲ τὴν μάθησιν ἀμα τοῖς ὠσὶν ἐπιδεκκνσι τοῖς ὅμμασιν. Quodsi hunc audiveris, accuratissime noctu observitabat Aratus, ut versuum faciendorum ars ac diligentia studiis astronomicis aequipararetur. Callimachi Cyrenensis versiculum in hanc sententiam adsciscere Anonymus non potuit, nisi idem et legit in epigrammate et intellexit atque auctor Theoni et Achilli communis: «σύγγονοι ἀγρυπνίης».

Diximus de scripturae varietate. In qua id ipsum anteponendum est, quod nativa ac primaria specie excellit, reiculum illud, quod secundarium esse possit et ex altero effectum de consilio. Tale mutandi consilium capessi potuit ex Hipparchi de Arato iudicio. Hanc igitur causam fuisse arbitramur, quod genuinum «σύγγονοι» in «σύντονος» exeunte altero aut ineunte primo ante Chr. saeculo commutaretur, ne tam nobili ac probato astronomo refragari videretur Callimachus.<sup>17)</sup> Quamquam qui illud instituit

<sup>13)</sup> ἐποίησεν codex: correxi.

<sup>14)</sup> πληγάδας εἰσορόωντι codex ut alii testes, cf. Nauckii editionem p. 86.

<sup>15)</sup> τὸν Ιθάκης τὸν codex: correxi.

<sup>16)</sup> ἀλικαρνασσοῦ codex.

<sup>17)</sup> Eadem Hipparchi opinione se passus est infici epistolographus. Cuius fabula novas fraudes progenit. Illinc enim ficticum illud prooemium fluxisse, cuius initialis versus erat «Ἀντίγονε, ξείνων ἵερὸν Θάλος» nunc pro explorato est. Arato qui hoc allevit, vixerit post Sabidium oportet; allitum qui repudiavit interpres, habendus vel posterior: hinc Achilles et scholiasta Marcianus notitiam suam hauserunt. Denique monemus in Germanici 'Arateorum' codicibus nonnullis nobis picturam sese obtulisse, qua Antigonus repraesentatur Arato vertendi Eudoxi deferens negotium. Quae pictura num e graecis Arati

minime id curavit, quod 'multifariam eruditum' (*πολυμαθῆ καὶ ἀριστον ποιητήν*), non modo φιλογράμματον ut Antigonus Carystius, alibi ipse Aratum laudaverat Callimachus p. 54 W. Qua laude etiam haud mediocrem continetur siderum cognitio. Neque igitur abnuit sed ipse flagitat Callimachus eam epigrammaticis interpretationem, quam et veteres plerique et nos defensitamus.

## II

Attalus et Hipparchus non in Macedonia sed in regionibus graecis Arati 'Phaenomena' esse condita adfirmabant. Neutrius tenemus omnia argumenta, quibus ad illam sententiam perducti sunt, verum iis quae innotuerunt plaudere possis. Inde plausibile, ante iter Macedonicum iam confecta fuisse 'Phaenomena'. Cui rei adiungit fidei aliquid Antigonus Carystius Laert. Diog. VII 167 (= Wilamowitz. p. 126): *καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν φιλογράμματος ὡν παντοδαποῖς ἐπεχείρησε ποιήμασιν, ἐπειτα δὲ καὶ Ἀρατον ἀπεδέχετο ζηλῶν αὐτόν.* Genus litterarium Carystius dixit illud, in quo postmodo sese exercuisset Dionysius Transfuga stoicus Arati exemplo commotus. 'Phaenomena' quantum Stoici adamaverint, manifestum (cf. p. 163). Adde quod in rebus astronomicis Dionysium Aratus et ipse eruditivit. Inde aut fallunt omnia aut editis, priusquam Dionysium institueret, 'Phaenomenis' gloriam Aratus erat consecutus. Et subvenit Avienus v. 46 sqq. in prooemio (quo prooemio facile est videre Lucretianum Epicuri elogium imitando effingi):

- |    |  |
|----|--|
| 46 | <i>Denique ne longum marcentia corda iacerent<br/>mundanique ortus mens immemor omnia sensim<br/>vilia conciperet neque se subduceret unquam</i> |
| 49 | <i>fontis in aeterni primordia . . . :</i>   |
| 53 | <i>hic (Iuppiter) primum Cnidii radium senis intulit astris<br/>mortalemque loqui docuit convexa deorum,</i>                                     |
| 55 | <i>cur Hyperionios nepa circumflecteret ignes,</i>   |

---

libris in Germaniceos translata sit, dubitamus. Per epistolographi enim tempus posset aevi romani id fuisse exemplar, unde haec manarunt, et Germanico illustrando destinatum. — In Monni monumento Trevirensi quod senex Aratus ab Urania globi caelestis dispositionem discit, nihili hoc esse videtur et ab Eudoxo sumptum, qui proiectus aestate divulgavit 'Phaenomena': cf. cap. VII et inferius.

auctumni reditu cur sub gelido Capricorno  
 bruma pruinosi iuga tristia solveret anni,  
 cur spatium lucis, madidae cur tempora noctis  
 Libra celerque Aries demenso pondere Olympi  
 60 aequarent, qua parte polus sublimior alto  
 cardine caeruleas Thetidis non tangeret undas,  
 quis polus umbrifero lateat declivis in axe  
 et vaga palanti cur signa errore ferantur.  
 Quae rursum ingenio numerisque Solensibus idem<sup>18)</sup>  
 65 Iuppiter efferri melius dedit, incola Tauri  
 Musa ut Cecropios raperetur et Aonas agros.  
 Me quoque nunc similis stimulat furor edere versu  
 tempora, cum duris versare ligonibus arva  
 conveniat etc.

Poscit narratio Avieni, ut Athenis aliquis Aratum sive aemulatus  
 sit sive expresserit 'Phaenomena'. Unus ibi Dionysius — quatenus  
 sciri potest — Arateo more modoque astronomiae poesin  
 sociavit. Dicimus igitur tangi ab Avieno Dionysium praecipue.  
 Ac vide, quam nullo negotio Avienus illam de Dionysio notitiam  
 sibi comparare potuerit, cum vel hodie proposita in Arati Vita  
 inveniatur. Multum vero in isto Avieni versu contra codicum  
 concordiam sibi criticorum permisit audacia. Hugo Grotius *raperetur* non intellectum in *superaret deflexit*, Ungerus peius  
 etiam *repararet coniecit*. Quos iure refutavit Breysigius p. XVI  
 editionis, sed rectam interpretationis semitam ne ille quidem  
 incessit.

Delectatum esse Eretriae Menedemum cum Lycophronis et  
 Antagorae tum Arati et versibus et consuetudine convivali pro-  
 didit Antigonus Carystius (cf. p. 234). Ergo nobilis iam poeta  
 erat Aratus, cum Menedemum Eretriae conveniret, 'Phaenomenis'  
 (ut didicimus aliunde) nobilitatus. Factum id esse patet ante an-  
 num ± 272, quo fere anno Menedemus Eretria excidit<sup>19)</sup>, vel defini-

18) Numeros 'Solenses' dicit, quia Aratus Cilix erat. Quocum apte con-  
 tulit Scaliger (ad Manil. p. 53) locum Manilii formosum de Canicula I v. 401 sq.:  
*Hanc quam surgentem primo cum redditur ortu montis ab excuso speculantur*  
*vertice Tauri etc. Substituit poeta romanus pro 'Ceis' Apollonii Rhodii II v. 526*  
*'incolas Tauri montis', Cilices, in gratiam Arati monente Scaligero.*

19) Wilamowitzius 'De Lyc. Alex.' p. 4.

tius etiam ante annum 276, quo Athenis in Macedoniam demi-gravit Aratus. Itaque post commorationem apud Coos ac studia, dum Athenis victum litteris erudiendo quaerit, pluriens Aratum devertisse Eretriam contendimus.

Proximum est, ut Athenas de medio tollamus. Cuius rei ipso carmine facultas ac materia suppeditatur. Versibus 1051—1059 a lentisco signa tempestatis peti iubet Aratus:

τριπλόα δὲ σχῖνος κνέει, τρισσαὶ δέ οἱ αὐξαὶ<sup>30)</sup>  
γίνονται καρποῖ, φέρει δέ τε σήμαδ' ἔκαστη  
ἔξειης ἀρότω. καὶ γάρ τ' ἀροτίσιον ὥρην  
τριπλόα μειόνται, μέσσην καὶ ἐπ' ἀμφότερον ἄκρα.  
πρώτος μὲν πρώτην ἄροσιν, μέσσος δέ τε μέσσην  
καρπὸς ἀπαγγέλλει, πυμάτην γε μὲν ἔσχατος ἄλλων.  
ὄντινα γὰρ κάλλιστα λοχαίη σχῖνος ἄρηται,  
κείνῳ γ' ἐξ ἄλλων ἄροσις πολυλήιος εἴη,  
τῷ δέ γ' ἀφανροτέρῳ ὀλίγη, μέσσῳ δέ τε μέσση.

Planta ista per Atticam et continentem rara<sup>20)</sup>, creberrima per maris aegaei et insulas et oram orientalem. Scatebat Chius<sup>21)</sup>, Schinnussa (quae nomen inde acceperat)<sup>22)</sup>, regio Halicarnassia.<sup>23)</sup> Quid igitur reliquumst, quam ut lentisci signum tam pulchre et copiose descripti e rerum natura receperit poeta sive in insula aegaea scriptitans sive in ora asiatica? Macedoniam atque Atticam plantae Arateae abundantia et bonitas excipiunt. Ulterius penetrabimus, unum si adiecerimus. Nihil enim fatemur referre, quod in 'Theophrasti' de signis sylloga § 55 Aratea fere insunt praecepta: ὁ τῆς σχίνου καρπὸς σημαίνει τοὺς ἀρότους· ἔχει δὲ τρία μέρη· καὶ ἔστιν ὁ πρώτος τοῦ πρώτου ἀρότου σημεῖον, ὁ δεύτερος τοῦ δευτέρου, ὁ τρίτος τοῦ τρίτου· καὶ ὡς ἀν τούτων κάλλιστα

<sup>20)</sup> σχῖνος iuxta σκόροδα Τήνα Aristoph. 'Plut.' v. 720. 'Theophrasti' de lentisco disputatiuncula nihil ad Athenas.

<sup>21)</sup> Dioscorides 'De materia medica' I 51, 90 Sprengel. Hahn 'Culturpfl.' p. 343.

<sup>22)</sup> Bursian 'Geographie von Griechenland' II 3 p. 510. Alias insulas, Cyprum praesertim, Rossius 'Inselreisen' lentisco plenas passim commemorat.

<sup>23)</sup> Herodoto planta patria et adeo consueta erat, ut lotum libycum ad lentisci similitudinem exigeret IV 177. Cicero de lentisco (quae per Italiam meridionalem mediocri bonitate est: Hahn p. 340) multis modis edoceri potuit, velut e Boethii Sidonii commentario Arateo.

*καὶ γένηται ἀδρότατος, οὗτος ἔξει καὶ δὲ κατὰ τοῦτον ἄροτος.* In laudem plantae longam Arati exire descriptionem sentimus: legas modo versus formosissimos ac relegas. Hinc tantum conligitur, ubi carmen fecit Aratus ibi lentiscum abundasse.

Solensis erat Aratus, ac sive Solis sive alibi videtur, antequam apud Coos variis vacare studiis pergeret, primordiis litterarum eruditus esse. Menecratem Ephesium ubi audiverit et poetam et grammaticum, pro certo nemo facile dixerit.<sup>24)</sup> Hugo Grotius sedecim annorum adulescentulus Arati ‘Phaenomena’ latine convertit et partem explanavit praecclare. Aratus quidni ante mansiōnem Coam argumentum astronomicum versibus tractare potuit adulescens? Nam ne id quidem in propatulo est, quo Aristotherus terrarum referendus videatur.

Tandem ipsa prodeant ‘Phaenomena’ ubi scripta sint ipsa testificatura! Originis notas et vestigia, nisi omnia callide sustulit poeta, nos redinventuros confidimus. Certa vero dabit prooemii interpretatio. A cuius exitu incipiendumst v. 15 sq.:

*χαῖρε πάτερ, μέγα Θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὅνειρα,*  
*ἀντὸς καὶ προτέρῃ γενεῇ.*

Missa facimus recentiorum commenta<sup>25)</sup>, mittimus pleraque etiam antiquorum recte iam a scholiasta refutata (cf. p. 22. 32). ίσως ἀπὸ τῶν σπουδῶν, τῷ τὴν μὲν πρώτην σπουδὴν εἶναι ⟨Διὸς Ὄλυμπίουν καὶ⟩<sup>26)</sup> τῶν θεῶν τῶν Ὄλυμπίων, δεύτερον δὲ ἡρώων καὶ τρίτην Διὸς Σωτῆρος unus e veteribus existimavit, modeste ille quidem sed omnium verissime. Heroes ab hominibus non diversi humanum quod nunc est genus aetate praecesserunt! Dicit hoc Aratus; neque aliter Hesiodus ‘Theog.’ v. 99—101 et ‘Opp.’ 160 sq.<sup>27)</sup>:

<sup>24)</sup> Cf. epimetrum I.

<sup>25)</sup> Hugo Grotius perperam Solem adscivit p. 2 commentarii (cf. supra cap. VI). Buhle I p. 380 de Grotiana conjectura: *mihi non sufficit, sed potius arbitror locum esse corruptum et pro vulgato legendum esse utroīς καὶ προτέρῃ γενεῇ ita ut totum commatiū iungatur cum antecedenti ἀνθρώποισι . . qui sunt et qui ante fuerunt*.

<sup>26)</sup> Supplevimus ex Achille l. c. et Polluce VI 15, quod non licuit in editiuncula.

<sup>27)</sup> Ante deos Olympios Titanes fuisse itidem expressit Hesiodus ‘Theog.’ v. 424sq.: *Τιτῆσι μετὰ προτέροισι θεοῖσιν.* Hinc Antimachus fr. 42 K. (supra

*αὐτὰρ ἀοιδός*

*Μονσάων θεράπων κλέα προτέρων ἀνθρώπων  
ὑμηήσῃ μάκαράς τε θεούς, οἵ Ὄλυμπον ἔχουσιν. —  
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἱ καλέονται  
ἡμιθεοί, προτέρη γενεὴ καὶ ἀπείρονα γαῖαν.*

Recoluit ita herorum memoriam Theocritus XVII v. 5 sq. 136 sq., XVI v. 80 sq.:

*ἡρωες, τοὶ πρόσθεν ἀφ' ἡμιθέων ἐγένοντο,  
δέξαντες καλὰ ἔργα σοφῶν ἐκνρησαν ἀοιδῶν. —  
χαῖρε, ἄναξ Πτολεμαῖε· σέθεν δ' ἐγὼ ἵσα καὶ ἄλλων  
μνάσομαι ἡμιθέων. —  
ἐν δ' αὐτοῖς Ἱέρων προτέροις ἴσος ἡρώεσσι  
ζώννυται. —*

Apollonius 'Argonaut.' IV v. 268 similiter:

*μήτηρ Άλγυπτος προτερηγενέων αἰξῆων.*

Denique Sibyll. III v. 109 attendas:

*ἔξ οὖτερ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ' ἄνδρας.*

Coacervare possis multa id genus. Ac convenit Arati v. 14: *τῷ  
μιν ἀεὶ πρώτον τε καὶ ἴστατον ιλάσκονται, non semper quidem  
et ubi vis terrarum (haec cogitatio esset inepta), sed sive suppli-  
cantes<sup>28)</sup> sive iurantes<sup>29)</sup> sive in conviviis libantes.<sup>30)</sup> Convivis  
praemisso in Iovem hymno Aratus 'Phaenomena' recitavit!*

---

p. 32) *γηγενέας τε θεοὺς προτερηγενέας Τιτῆνας, ex Antimacho fortasse Callimachus ('Hymn. in Iov.' v. 58sqq., cf. cap. IX) vocem sumpsit:*

*τῷ τοι καὶ γνωτοὶ προτερηγενέες περ ἔόντες  
οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαισιον οἴκον.*

Dicit fratres natu maiores, quibuscum fama ferebat Iovem de mundi partibus  
sortitum esse. Cf. cap. IX.

<sup>28)</sup> Precantur Supplices Aeschyleae v. 25 sqq. *ὑπατοι τε θεοὶ καὶ βαρύτε-  
μοι χθόνιοι θῆκας κατέχοντες καὶ Ζεὺς Σωτῆρος τρίτος οἰκοφύλαξ ὅσιων ἄν-  
δρων, δέξαθ' ἵκετην τὸν θηλυγενῆ στόλον αἰδοιψ πνεύματι χώρας.*

<sup>29)</sup> 'Revue des études grecques' IV 1891 p. 388 in titulo Chersonesi Tauricae  
sacramentum legitur magistratum munus ineuntium: *όμνύω Δία Γᾶν Ἀλον  
Παρθένον* (Tauricam deam: Dittenberger 'Syll.' 252, Strabo VII p. 308) θεοὺς  
Ὀλυμπίους καὶ Ολυμπίας καὶ ἥρωας, ὅσοι πόλιν καὶ χώραν καὶ τείχη ἔχοντι  
Χερσονιτάν.

<sup>30)</sup> De convivarum libatione: cf. Plat. 'Symp.' c. 4, Xen. ib. II 1; 'Hermes'  
1890 p. 402. 410. Multo de illa melius Beckero ('Char.' II p. 262) agit Hugius  
ad Plat. l. c. p. 176.

In ultimis hymni verbis ἔμοιγε μὲν ἀστέρας εἰπεῖν οὐ θέμις εὑχομένῳ τεκμήρατε πᾶσαν ἀοιδὴν non forte fortuna accidit, ut de recitatione agatur: εἰπεῖν Aratus, scribere versus ex. gr. in simili similis poematis exordio Lucretius. Ad εἰπεῖν pertinere οὐ θέμις et res ipsa monstrat et Cleanthei in Iovem versus (ambigunt interpres): ὑμνοῦντες τὰ σὰ ἔργα διηρεκές, ὡς ἐπέοικε θητὸν ἐόντ', ἐπεὶ οὐτε βροτοῖς γέρας ἄλλο τι μεῖζον οὐτε θεοῖς η κοινὸν ἀεὶ νόμον ἐν διῃ οὐκεῖν. Cum recitandi consilio etiam congruit adlocutio audientium v. 1:

Ἐκ Διὸς ἀρχάμεσθα· τὸν οὐδέποτ', ἀνδρες, ἔωμεν  
ἀρρηγον.

Quid multa? Post libationem in convivio olim cum sodalibus 'Phaenomena' Aratus communicavit! Cui rei elogio in Iovem et Musarum invocatione praelusit, ut Callimachus item in Iovem hymnum tali recitandi destinavit occasione (Hermes' 1890 p. 402 sqq.). Dicitur Apollonius Rhodius poetis propinavisse alexandrinis 'Argonautica' priora praesente Callimacho<sup>31)</sup> Vit. I p. 50 W.: τοῦτον δὲ λέγεται ἔτι ἔφηβον ὄντα ἐπιδεξασθαι τὰ Ἀργοναυτικὰ καὶ κατεγγῶσθαι, μὴ φέροντα δὲ τὴν αἰσχύνην τῶν πολιτῶν καὶ τὴν διαβολὴν καὶ τὸ ὄνειδος τῶν ἄλλων ποιητῶν καταλιπεῖν τὴν πατρίδα.<sup>32)</sup> Poetarum igitur sodalicium tertio ante Chr. saeculo extitit Alexandriae. Porro Sophoclis 'thiasum' poeticum Atheniense quis ignorat?<sup>33)</sup> Quis denique Coos poetas conlegio socia-

<sup>31)</sup> Callimachus anno ± 260 in hymni Apollinei exitu 'Argonauticorum' III v. 932 utrum traduxerit, an versa vice, quemadmodum et Merkelius 'Proleg.' p. XVIII et O. Schneiderus 'Call.' I p. 189 opinantur, ex epimetro III fortasse secreveris. Alia mittimus.

<sup>32)</sup> Item Vit. II p. 51 W. Ludi litterarii publice Alexandriae Aristophanis demum aestate instituti sunt: Vitruv. 'De arch.' VII praef.

<sup>33)</sup> Vita Soph. p. 130 W. ταῖς δὲ Μούσαις θιασον ἐκ τῶν πεπαιδευμένων συναγαγεῖν (Sophoclem dicit Ister). Sauppe 'De collegio artificum scen. att.' p. 4 (Gott. 1874), U. Koehler 'Mus. rhen.' 1884 p. 295. — Vel Romae eiusmodi florebant sodalicia inde a Livii Andronici tempore. Refert de Accio Valerius Maximus III 7, 11 (O. Jahn 'Ber. der sächs. Gesellschaft' 1856 p. 293): *Is Iulio Caesari (Straboni), amplissimo ac florentissimo viro, in collegium poetarum venienti nunquam adsurrexit, non maiestatis eius immemor, sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto se superiorē esse confideret. Quapropter insolentiae crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum, certamina exercebantur.*

tos? Quae cum ita sint, in Co insula scripta esse 'Phaenomena' et coram sodalibus solemniter recitata efficitur.<sup>34)</sup>

Instituit Aratum rebus astronomicis ARISTOTHERUS. Ubi erudiverit iste, ne nunc quidem apertum est. Possis enim de Co cogitare, possis de Solis: quidni in Cilicia ARISTOTHERUM audiverit Aratus? Theocritum consulamus. Qui ita de Arato, cum apud Coos degeret, narravit 'Thalsiorum' v. 98 sqq.:

ώρατος δ', ὁ τὰ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι τήνῳ,  
παιδὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον. οἰδεν ΑΡΙΣΤΙΣ,  
ἔσθλὸς ἀνήρ, μέγ' ἄριστος, ὃν οὐδὲ κεν αὐτὸς ἀείδειν  
Φοῖβος σὺν φόρμῃ γῆ παρὰ τριπόδεσσι μεγαίροι,  
ώς ἐκ παιδὸς Ἀρατος ὑπ' ὀστέον αἴθετ' ἔρωτι.

**ΑΡΙΣΤΙΝ** verum amici Arati nomen fuisse p. 232 intelleximus<sup>35)</sup>, sed e composito decurtatum more consueto. Quem patet in Apollinem carmen sive carmina paxisse. Id vero non necessario perse quidem poscitur, ut ipso poetae ille quasi munere apud Coos vel alibi functus sit. Nam et Aratus poeta grammaticus astronomus medicus erat et Nicias Milesius poeta medicus et Callimachus Zenodotus Menecrates Rhianus poetae grammatici, item alii. Ergo ARISTIN Arati amicum eundemque poetam ab astrologo ARISTOTHERO praeceptorē seiungi non posse putamus. Novum poetam gaudemus poetico Coorum sodalicio retributum esse. Fieri queat, ut NICANDER mathematicus Colophonius, de quo huius capitī principio dictum est, apud Coos habuerit cum Arato convictionem et astronomiae et ipse apud ARISTOTHERUM studuerit. Accuratius vero Meinekii beneficio et acumine de ALEXANDRO AETOLO edocti sumus. Qui cum in Daphnī cecinerit (schol. Ambr. Theocr. VIII 1), sub Tityri nomine in Thalsiis delitescit. Erat igitur cum Arato

<sup>34)</sup> Musae apud Coos cultae: 'Revue des études grecques' 1891 p. 361, 'Mittheilungen' 1891 p. 406. Idem titulus in Co insula repertus de speculis (*σκοπαῖς*) nonnulla habet ad observandos thynnos ibi erectis. Quod ad carmen Theocriti tertium admovemus v. 26 θύννως σκοπιάζεται Ὄλης ὁ γριπεὺς, cum Fritzschius et Hillerus de Sicilia cogitandum ob thynnos esse edixerint. Vel Tityri persona (quam induit Alexander Aetolus) suadet, ut regionem carminis apud Coos quaeramus.

<sup>35)</sup> Cf. Hilleri adnotata ad h. l.

inter sodales bucolicos. Idem ALEXANDER versibus sive Φαινόμενα sive Περὶ τοῦ πόλον scripsit (cap. III s. v.). Hinc adparet ALEXANDRUM quoque astronomiae operam navavisse — putamus apud ARISTOTHERUM Arati magistrum. Quodsi ineunte tertio efflouuit ante Chr. saeculo schola astronomorum in Co insula, vestigia etiam postmodo crederes esse reicta ac memoriam manifestam. Redimus igitur ad Ptolemaei laterculum p. 14<sup>11</sup> non satis recte tractatum (Lydus 'De Ostentis' p. 259 Wachsm.): ἀνέγραψα τὰς ἐπισημασίας καὶ κατέταξα κατά τε Αἰγυπτίους καὶ Δωσιθεον Φίλιππον Κάλλιππον Εὐκτήμονα Μέτωνα Κόνωνα Μητρόδωρον Εύδοξον Καίσαρα Αημόκριτον Ἰππαρχον. τούτων δὲ Αἰγυπτίοι ἐτήρησαν παρ' ἡμῖν, ΔΩΣΙΘΕΟΣ δὲ ἐν Κολωνείᾳ, Φίλιππος ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Λοχίδῃ καὶ Φωκίδῃ, Κάλλιππος ἐν Ἑλλησπόντῳ, Μέτων καὶ Εὐκτήμων Ἀθήνησι καὶ ταῖς Κυκλασί καὶ Μακεδονίᾳ καὶ Θράκῃ, Κόνων δὲ καὶ Μητρόδωρος ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ, Εύδοξος ἐν Ἀσίᾳ, Καίσαρ ἐν Σικελίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ, Ἰππαρχος ἐν Βιθυνίᾳ, Αημόκριτος ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Θράκῃ. Pro «Κολωνείᾳ», quod nihil est, Bonaventura translator e codice nunc deperdito assentientibus Boeckhio et Wachsmuthio invenit «Κῷ». Quodsi DOSITHEUS in Co insula observitabat, ibi durasse astronomorum scholam et disciplinam sive ab ARISTOTHERO sive iam ante eum apertam perspicuum est.<sup>30)</sup> Ac vel de astronomiae apud Coos initii sciri possunt accuratiora. Quinto enim certe saeculo signorum caelestium cognitionem a medicis Cois fuisse exultam Cous Hippocrates fidem facit 'De aeribus aquis locis' c. 2 (p. 58 Reinh.): εἰδὼς γὰρ τῶν ὀρέων τὰς μεταβολὰς καὶ τῶν ἀστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσιας, καθότι ἔκαστον τούτων γίγνεται, προειδεῖ ἀν τὸ ἔτος, ὁκοίον τι μέλλει γίγνεσθαι. οὕτως ἀν τις ἐρευνώμενος καὶ προγιγνώσκων τοὺς καιροὺς μάλιστ' ἀν εἰδεῖται περὶ ἔκαστον καὶ τὰ πλεῖστα τυγχάνοι τῆς ὑγιεῖταις καὶ κατ' ὅρθὸν φέροιτο οὐκ ἐλάχιστα ἐν τῇ τέχνῃ. εἰ δὲ δοκεῖσι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι, μεταστατή ἀν τῆς γνώμης, εἰ μάθοι, ὅτι οὐκ

<sup>30)</sup> Possit hic Dositheus is esse qui mentionem Arati fecit (p. 159). Quod sero perspeximus, quamvis ne nunc quidem omnis erepta nobis sit dubitatio. Ceterum eodem fere tempore, quo Dositheus apud Coos observabat, Herondas ibidem 'astrorum speculatores' commemoravit III 53 sq.: τὰς ἐβδόμας τ' ἄμεινον εἰκάδας τ' οἵδε τῶν ἀστροδιφέων (puer maleficus).

ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἴητρικήν,  
ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον. ὅμα γὰρ τῆσιν ὠρησι καὶ αἱ κοιλίαι  
μεταβάλλονται τοῖσιν ἀνθρώποισιν. —

Revertimur ad sodalium. RHIANUS poeta Cretensis puero-  
rum quorundam formositatem lascive quidem sed lepide simul et  
ornate descriptis ut assolet 'Anth. Pal.' XII 93 (p. 207 'Analecto-  
rum' Meinekii):

Οἱ παιδες λαβύρινθος ἀνέξοδος· οὐ γὰρ ἀν ὅμια  
φίψης, ὡς ἵξω τοῦτο προσαμπέχεται.  
τῇ μὲν γὰρ Θεόδωρος ἄγει ποτὶ πλονα σαρκός  
ἀκμὴν καὶ γνίων ἀνθος ἀκηράσιον,  
τῇ δὲ Φιλοκλῆος χρύσεον δέθος, ὅστε καθ' ὑψος  
οὐ μέγας, οὐδανῆ δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.  
ἢν δ' ἐπὶ Λεπτίνεω στρέψῃς δέμας, οὐκέτι γνία  
κινήσεις, ἀλύτῳ δ' ὡς ἀδάμαντι μένεις κτλ'.

Ipsius Veneris epitheto solemnī 'auream' Philoclis pulchritudinem RHIANUS ut extulit cupide, ita puerorum amori et admirationi omnino ferebatur deditus inter paucos ac studiosus. Philocles vero etiam Arato erat in deliciis, et provocavit ille ad experti cuiusdam iudicis sententiam iocabundus. Qui homo Aratei carminis p. 230 adscripti codice Palatino perperam vocatur Πρειγνεύς: immo proprium nomen requirimus. Et postquam aetas RHIANI nuper ad priorum Ptolemaeorum tempus feliciter evencta est<sup>37)</sup>, facile facto periculo Ριγνός reposuimus<sup>38)</sup> ionice<sup>39)</sup>, utpote in sermonis ionici poemate, ac provocasse Aratum vel respexisse existimamus ad ipsa illa RHIANI de Philocle effata.<sup>40)</sup> Si licebit proferre gressum et Philinum τὸν μαλθακόν Arati in 'Thalysiis' amores statuere a Philocle non diversum (quod per nominis formam

<sup>37)</sup> Wilamowitzius 'Eurip. Herakles' I p. 310<sup>40</sup> (obloquente Susemihlio I p. 399<sup>41</sup>).

<sup>38)</sup> Saepe Ριανός corruptum abiit in Αριανός vel Αριανός alia: cf. Meinekii syllogam.

<sup>39)</sup> a productio utitur Meleager 'Anth. Pal.' IV 1, 11: σάμψυχον ἀφ' ἀδυ-  
πνόοιο Ριανοῦ.

<sup>40)</sup> Etiam Diotimum poetam epigrammate Aratus commemoravit (p. 299):  
cf. Wilamowitzius ib. I p. 310<sup>42</sup>.

hypocoristicam concessum est)<sup>41)</sup>: in Co insula olim RHIANUM cum Arato vixisse adparet. Sin minus licebit, ne tunc quidem Coa amborum convictio per se veri dissimilis. Quamquam Alexandriae Meinekio RHIANUS aliquamdiu degisse videbatur p. 174: *Nam cum eius studia grammatica maxime ad crisin carminum Homericorum pertinenter, non potuit alio facile loco ea sibi comparare subsidia doctrinae studiorumque adminicula, quae, nisi eum sine veteribus exemplis temerario quodam arbitrio in Homero recensendo grassatum esse credas, prorsus necessaria erant.* Potuit ille apud Coos egregie (praetervidit hoc Meinekius) et paravit ibi, si non simul alia, magistro Phileta sibi criticam utique et etiam poeticam fortasse facultatem. —

Sollicitavit editores Vitae Arateae IV ecloga p. 60 W.: *συνήμασε δ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ καὶ Καλλιμάχῳ καὶ Μενάνδρῳ καὶ Φιλητᾷ* (Aratus). In Vita II Alexander Aetolus Philetas Dionysius Transfuga componuntur, et habet consimilia Achilles. Proinde manifestum non modo coaevos sed, quibuscum consuetudinem Aratus habuerit sive in Co insula sive Athenis seu alibi, recenseri. Edidit «*Μενάνδρῳ*» e Palatino libro Westermannus obstantibus et codicibus Matritensis N 67 (J Westermann) et 61<sup>42)</sup>, quorum ille «*μελαγχεῖω*», hic «*μελανχρίω*» exhibet, et Menandi comici tempore. Quapropter «*Μαιανδρίω*» Meinekius in Westermanni editiuncula mutavit et historicum intellectus MAEANDRIUM Milesium Callimacho anteriorem, cuius fragmenta Muellerus congesit ‘F. H. G.’ II.<sup>43)</sup> Viri summi conjectura libri Parisini A 2403 varietate «*μελανδρίω*» stabilitur aliquammultum. Nam codicis bonitas vel inde elucet, quod post verba ὠνόμασται δ' ἡ πόλις (Soli) ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Λινδοῦ in eo additum invenitur: ὡς φησιν Ἀριστοτέλης. Postremo monemus Milesium natione NICIAM quoque medicum fuisse, Theocriti (et Arati) in Co insula commilitonem et ipsum.

<sup>41)</sup> Cf. *Στασῖνος Ἀρχτίνος Πεισῖνος Καλλίνος Μακρῖνος* hypocoristica ~ velut *Στησίχορος Ἀρχτοφύλαξ Πεισανδρός Καλλισθένης Μακρόβιος*. *Κτησιάλης Κτησιόνος*: Bechtel ‘Thasische Inschr.’ p. 3. [Philoclem Arati et Theocriti Philinum coniunxit ante nos Knaackius in ‘Ann. phil.’ 1891 p. 770].

<sup>42)</sup> Hanc Vitam nobis contulit Bethius.

<sup>43)</sup> *Νικανδρος* Ritschelius et O. Schneiderus ‘Nicandrea’ p. 11 sq. At συνήμασε δὲ *Νικάνδρῳ* succedit l. 26.

## III

Vestigia Coa si quae sive in Arato patent sive in cetera astronomorum memoria fabulari persecuturi Hyginum ('Astr.' II 16 p. 55 Bunte) primum accedimus, qui de Aquilae sidere ita exposuit: *Nonnulli etiam dixerunt Meropem quendam fuisse, qui Con insulam tenuerit regno et a filiae nomine Con et homines ipsos a se Meropes adpellaret. Hunc autem habuisse uxorem quandam nomine Echemeam<sup>44)</sup> genere Nympharum procreatam. Quae cum desierit colere Dianam, ab ea sagittis figi coepit. Tandem a Proserpina vivam ad inferos abreptam esse. Meropem autem desiderio uxoris permotum mortem sibi consiscere voluisse. Iunonem autem misertam eius in aquilam corpus eius convertisse et inter sidera constituisse, ne, si hominis effigie eum constitueret, hominis memoriam tenens coniugis desiderio moveretur.* A Coo aliquo astronomiae perito putare licebit Coam narrationem ad caelum relatam esse. Schol. T ad 'Il.' XXIV v. 293. —

Aratus v. 30 sqq. de Ursis: *εἰ ἐτεὸν δῆ, Κρήτηθεν κεῖνατ γέ Λιὸς μεγάλον λόγην οὐρανὸν εἰσανέβησαν.* Haesitando Cretica Iovis incunabula Aratus adscivit, cum altera pariter probabilia novisset. An Arcadicam fabulam mente tenuit, ut primo hymno Callimachus? Refelli id nequiret nec comprobari. Sed alterum in promptu per se haud improbabilius. Coam enim de Iovis natalibus fabulam felici successu nuperrime Dibbeltius noster resuscitavit.<sup>45)</sup> Quid? si Coam reminiscebatur illa scribens Aratus?<sup>46)</sup>

Etiam incertius aliud exemplum. Aevi alexandrini titulo quodam Coo p. 320<sup>34</sup> commemorato Neptunus una cum Coe et Rhodo insularum heroinis sacris publicis colebatur. Quod religione insulae constabat, id olim fabularum memoria sustentatum fuisse opperimur. Ac fertur Rhodus Amphitritae e Neptuno filia

<sup>44)</sup> De nominis forma in codicibus plerumque corrupta cf. Dibbeltii 'Quaest. Coae myth.' (Gryph. 1891) p. 16.

<sup>45)</sup> Ibidem p. 10sq.

<sup>46)</sup> Inter sodales Coos Cretensis Dosiades erat: cf. Wilamowitzius 'De Lyc. Al.' p. 13.

(Apollod. I 4, 6).<sup>47)</sup> Quodsi nuptiae Amphitritae et Neptuni (si non prius iam, quod ob Solis religionem credere par est) tertio utique a. Chr. saeculo ad Coos perlatae sunt, potuit evenire — nihil dicimus ultra —, ut Delphini sidus ad nuptias istas nobilitandas a Coorum nescio quo sive astronomo seu poeta caeli studioso advocaretur. Iam ‘Catasterismi’ ita fere p. 158 de Delphino: ‘Amphitritam, ut virginitati provideret, Neptuni coniugium ad Atlantem usque defugisse, sed a delphino dei iussu redinventam esse. Qua ad suam voluntatem perducta maximos delphino honores et in mari tribuisse Neptunum et astris pisces intulisse.’ ὅσοι δ' ἀν αὐτῷ τῷ Ποσειδῶνι χαρίσασθαι θέλωσιν, ἐν τῇ χειρὶ ποιοῦσιν ἔχοντα τὸν δελφίνα, τῆς εὐεργεσίας μεγίστην δόξαν αὐτῷ ἀπονέμοντες. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ Ἀρτεμίδωρος ἐν ταῖς Ἐλεγεῖαις ταῖς περὶ τοῦ Ἔρωτος αὐτῷ πεποιη-

<sup>47)</sup> Alibi Solis et Amphitritae filia Rhodus dicitur. Sol apud Coos cultus: Asclepiades schol. Pind. ‘Ol.’ VII v. 24, Dibbelt. p. 4 sqq. 68. — Ἀμφιτρήτη ‘dea utriusque maris’ est: τριώ] ἀεῦμα Hesych. Neque igitur recte ‘Circumfluviam’ Schoemannus vertit ‘Op.’ II p. 167 sq., quod esset περιρρυτος. Significationem nominis si spectas, nihil differt Ἀμφιρώ Oceanina (Hesiod. ‘Theog.’ v. 360). Praeterea ἀμφιλαὸς comparamus Ithacaē epithetum in Odyssea solemne ‘utrimque mari circumfusae’, ‘bimarem Corinthum’ Horatii, «ἀμφιλοισι Ποτεῖδανος τεθμοῖσιν» Pindari ‘Ol.’ XIII v. 57, Ἀμφιπολιν Thucyd. IV 102, alia. In Isthmo Corinthio simul cum Neptuno illa dea colebatur (Paus. II 1, 7); in vasculis vetustis Corinthiis Amphitrita et Neptunus frequentissimi (‘Antike Denkmäler’ I tab. 7—8). Hinc et Rhodum et Lesbūm et alio perducta. Hinc Solis quoque et Amphitritae coniugium perbene potest repeti (schol. Pind. l. c.), indidem artium litterarumque memoria (erravit Schoemannus p. 168 de Odysseae usu Ἀμφιτρήτης metonymico). Indicamus igitur Ἀμφιτρήτην primitus ac proprie ‘Saronici et Corinthii maris’ potissimum déam fuisse. Erat vero in templo Isthmio iuxta Amphitritam Γαλήνης statua. Quid Hesiodus ‘Theog.’ v. 252? . . Κυμοδόχη θ’, ἡ χύματ’ ἐν ἱεροσύδει πόντῳ πνοάς τε ζαέων ανέμων σὺν Κυματολίγγῳ ἔσται πορῆνει καὶ ἐναργύρῳ Ἀμφιτρήτῃ. Adde quod Trito, Neptuni et Amphitritae filius apud Hesiodum (‘Theog.’ v. 930), Palaemoni ‘luctatori marino’, quem item in Isthmo Corinthii venerabantur, respondet, quodque Hesiodus l. c. Tritonem narravit ‘apud parentes’ habitare. — In simili nomine erratum nuperrime esse videmus. Ἀμφιος, qui modo ad Percotam modo ad Paesum locatur in Iliade, is est ‘qui utrimque versatur’ (Hellesponti?), ut Ἀμφινομος ‘qui utrimque possidet’ (cf. Ποντονόμη, Εὐρωνόμη). Exsultavit frustra Bethius ‘Thebanische Heldenlieder’ p. 65 Useneri quodam commento. Consimile Ἀγχιμολος ‘qui in vicinia habitat’ (Ἀγχιμος Ulixis comes Pherecyd. schol. ‘Od.’ XII v. 257), Ἀγχιος Centaurus in Pholoa monte item ‘vicinus’. Male Roscher ‘Lex.’ s. v. mutabat Ἀρχτος.

*μέρας.* Artemidorum quendam inter 'Phaenomenorum' sive scriptores sive poetas rettulit biographus supra p. 142. Itaque praeter notum geographum hunc elegiarum amatoriarum poetam prorsus ignotum omittere non debebamus p. 152. Quid? si forte in Coorum poetarum numero Artemidorus habendus erit?

## IV

Bipertito vel hodie Aratus ita divisisse 'Phaenomena' putatur, ut siderum positionem adpendicis instar excipient Diosemiae. Ista opinione nihil iniustius aut perversius fingitur. Poeticam carminis Aratei facultatem copiamque veteres admirati sunt: quid? tolerasse illos, quod manifesto vitiosum est, 'Phaenomena' in partes duas dilabentia vel tenui filo consuta? Credi hoc in Callimacho, iudice subtili, nequit neque aliter de ordine deque relatione partium existimasse illum arbitramur, ut nos ipsi facimus. 'Ησιόδον τὸ τ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος· οὐ τὸν ἀοιδῶν ἔσχατον, ἀλλ' ὄχρεω, μηδ τὸ μελιχρότατον τὸν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. 'Astronomiam' Pseudohesiodeam tetigisse Callimachum fortiter nuntiant hodierni. Quos redarguere quid attinet? Multo id aptius fore Franzius 'Stud. Lips.' 1890 p. 358, qui omnium audacissime Callimachi epigramma aggressus est, edixit, si non ad 'Opera' referretur: 'Astronomiam' dici. *Nam tum demum ἄεισμα et τρόπος vocabula suam utrumque habent vim.* Cui respondemus breviter quod verum est: et singillatim (quod exposuimus cap. VI) et generatim 'Opera' Hesiodi, in singulis nonnullis etiam 'Theogoniam', expressisse 'Phaenomenis' Aratum. Quod 'Signis' Aratus, id 'Operibus' Hesiodus erat exsecutus; caelum vero antea Aratus eo descriptsit consilio, ut signa ibi et inveniri facilius et percipi possent.<sup>48)</sup> Pudet de re aperta et quae recentiore demum litterarum Aratearum aetate<sup>49)</sup> obliterari coepta est disputare pluribus velle. —

<sup>48)</sup> Geminus ἐπὶ πᾶσι τῆς ὅλης συντάξεως 'post finitum totum opus' 'Signa' Aratea extare cum dicit (p. 152), adpendicis instar et ipse subnexa illa esse falso (ut omnes ceteri) putavit.

<sup>49)</sup> Vossius post Melam Gronovii (Lugd. Bat. 1722) p. 379: *Carmen illud (Callimachi) scriptum est non in Aratum sed in Hesiodum, cuius Ἀστρικὴ βίβλος hic laudatur. Dicit vero Callimachus difficultia illa minimeque florida, quae Hesiodus omisisset, Aratum perfecisse, ideoque iubet valere tetricas istas et*

*Aratum opinor, ut de sideribus scriberet, praeter Antigoni iussum imprimis Stoicorum, quorum disciplinae illum deditum fuisse constat, illud movit καὶ λόγος δὲ ὁ κόσμος· δῆλον δ' ἐκ τοῦ σχήματος καὶ τοῦ χρώματος καὶ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς περὶ τὸν κόσμον τῶν ἀστέρων ποικιλίας .. ἐπιτελεῖ τὸ κάλλος τοῦ κόσμου καὶ τὰ φαινόμενα .. ἐλάβομεν δ' ἐκ τούτου ἔννοιαν Θεοῦ Robertus ait 'Cataster.' p. 246. Actumst de Antigono. Disciplina Arati proprie stoica si quae est e 'Phaenomenis' quadamtenus perspicua, quandoquidem in Co insula ante commorationem atticam carmen perfecit: non licebit in posterum Stoicorum Atheniensium usum et consuetudinem arguere. Dummodo in describendo caelo substitisset neve signa potissimum ad vitam hominum salutaria spectasset, in Roberti opinione nobis acquiescendum putaremus, nisi quod etiamtunc rationes stoicas e patria Aratum Stoicorum quasi provinciae et origini vicina reportasse existimaretur. Nunc vero alia et diversa fuerint oportet scribendi consilium Arati ac momenta. Semper summum est in litteris ac primum quid quis toto scripto voluerit explorasse. Quo explorato, quounque nobis admittendum sit, quantum et interpretando et arte critica factitanda possit auderi, ultro patescit. Nihil vero ne tantillum quidem rationum astrologicarum per Arati carmen unquam observatum est. Diximus p. 216 et 227, cum tacet, clamare poetam omnem astrologiam abominatum. Qui dum in Co insula litteris vacat, scholam astrologicam Berosus Chaldaeus ibidem aperuerat hand ignobilem. Nihil magis inter se hostile mente fingi possit et abhorrens quam Arati ratio et Berosi. Hostilis igitur Aristotheri disciplina astrologis Berosianis eoque fuerit hostilior oportet, quo hi magis in Graeciam sese insinuarent et sectatores multos (velut inter Stoicos) adipiscerent.<sup>\*\*)</sup> Athenienses statua Berosum ornarunt: inde auctoritatem viri aestimamus. Hinc originem et ansam 'Phaenomenorum' Arati 'et fortasse Alexandri Aetoli, nobis persuasimus esse petendam. Nec videntur omnia Chaldaicae disciplinae vestigia in Co insula prorasa extincta esse. Ab 'Assyrio' hospite mulier-*

---

*iniucandas vigilias*: C. Salmasius 'Exerc. Plin. ad Solinum' p. 747: *Totum opus Arati τὸν Φαινομένων τετελεῖ*: critici ex libro Herodoti 'De astris' iustificaverunt fuisse testari sunt. Cerze Callimachus: id testimatum reliquerunt ..

<sup>\*\*) Schöemann 'Griech. Alterthümer' II<sup>3</sup> p. 296 sqq.</sup>

cula Theocritea venenum quaesitura est (II v. 159): magiae et  
veneficio astrologia sociata<sup>51).</sup>

---

### Epimetrum I: De Menecrate Ephesio.

Aratus v. 257 de Pliadibus ἐπτάποροι δῆ, inquit, ταὶ γε μετ' ἀνθρώπους ὑδέονται. Septem mulierum nomina unde accepisset, non sine veri specie statuere nobis videbamur cap. VI. ἐπτάποροι adiectivum insolitum cum item de Pliadibus celeberrimo apud astronomos loco 'Rhesus' pseudoeuripideus habeat v. 527 sqq. τίνος ἀ φυλακά; τις ἀμείβει τὰν ἐμάν· πρῶτα δύεται σημεῖα καὶ ἐπτάποροι Πλειάδες αἰγέραιαι, μέσα δ' Αἰετὸς οὐρανοῦ ποτάται. ἔγρεσθε, τι μέλλετε vix dubium quin e 'Rheso' illud Aratus mutuatus sit.\*). Diu ac multum iidem 'Rhesi' versus et interpretes et lectores cruciaverunt. Velut MENECRATES illud nascentis diei signum ('Rheso' ut putamus invitatus) tractavit alicubi schol. II p. 341, 7—11 Schw. τῶν περὶ ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΝ ἐν Διδύμοις τὸν ἥλιον λεγόντων, ἐν φ' τὰ τῆς καταστάσεως τῶν φαινομένων ὅπως ἔχει πρόκειται'), εἰσὶν οἵ φασι περὶ τὰς ἑσχάτας μοίρας τοῦ Καρκίνου εἶναι τότε τὸν ἥλιον κτλ'. Contendimus hunc ipsum esse Ephesium MENECRATEN, Arati praeceptorem. Qui et grammaticus erat (Suid.) et poeta epicus: Etym. Magn. s. v. ἡθμός p. 422, 84 ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ ἐν Ἐργων α' · «ἡθμῷ δὲ προπάροι θεν ἀφαρπάζει νέον αἰεὶ ἀφρόν». 'Operibus' igitur ille Hesiodeo exemplo compositis cum alia complexus est tum apum nutrien-

<sup>51)</sup> 'Anchimolum' si recte e 'Thalysiis' eliciimus Arati aemulum, apud Vitruvium IX 7 (p. 231 sq.) pro Achinapolus tentare possis Anchimolus et litterarias Arati inimicitias 'Thalysiorum' certamine amatorio expressas suspicari. ΑΓΧΙΜΟΛΟΝ apud Eleos sophistam, Arati coaevum Ath. II p. 44 C, codices Diog. II 17, 2 ΑΓΧΙΠΥΛΟΝ exarant mendose. Haesitabat de anteferenda scriptura Wilamowitzius 'Antigonos' p. 95 adn.

\*.) ἐπταπόρον — Πελειάδος Eurip. 'Or.' 1005.

<sup>1)</sup> ὅπως πρόκειται εἶχε codd.: corr. Wilamowitzius in Schwartzii editione.

dorum praecepta explicavit (O. Jahn 'Philol.' I p. 649).<sup>2)</sup> Addidit Oder scholium ad Nicandri 'Alexipharmacum' v. 172 ὅτι δὲ δον-λεῖσι η̄ θάλασσα καὶ τὸ πῦρ ἀνέμοις, κατὰ θεῶν νόμον δηλονότι, τοῦτο καὶ Ηράκλειτος καὶ ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ εἰργκεν. Hinc MENECRATES Ephesius et ipse Heracliti placito physico sese addixisse in carmine arguitur monente Odero. Poeticam MENECRATIS rationem ac studium Hesiodi<sup>3)</sup> sua fecit Aratus discipulus. Ac memoria teneas Zenodotum et ipsum fuisse et Ephesium natione et epicum poetam<sup>4)</sup> et Hesiodi editorem.<sup>5)</sup>

Novum MENECRATIS fragmentum 'e Rhesi' scholiis protractum 'Operibus' reddendum censemus, ubi de mature surgendi signis aptissime exponi potuit. Item paucis antea Cleostrati Tenedii carmen astronomicum ab eodem scholiastae auctore (fortasse Parmenisco cf. p. 162) excitatur.

<sup>2)</sup> Varro 'De re rustica' III 16, 18. Plin. XI 17, alibi. Oder apud Susemihl. I p. 284<sup>2</sup>.

<sup>3)</sup> Varro in scriptorum catalogo de 'Re rustica' I 1, 9. Ille catalogus exemplis p. 144–148 conlectis necessario addendus est. Ita enim Varro: *Qui graece scripserunt dispersim alius de alia re, sunt plus L. Hi sunt, quos Tu habere in consilio poteris, cum quid consulere voles:*

1. Hieron Siculus et Attalus Philometor;
2. de philosophis: Democritus physicus, Xenophon Socraticus, Aristoteles et Theophrastus peripatetici, Archytas Pythagoreus;
3. item Amphilius Atheniensis, Anaxipolis Thasius, Apollodorus Lemnianus, Aristophanes Mallotes, Antigonus Cymaeus, Agathocles Chius, Apollonius Pergamenus, Aristander Atheniensis, Bacchius Milesius, Bion Soleus, Chaeresteus et Chaereas Athenienses, Diodorus Prieneus, Dion Colophonius, Diophanes Nicaeensis, Epigenes Rhodius, Euagon Thasius, Euphrontii duo, unus Atheniensis, Amphilites (alter), Hegesias Maronites, Menandri duo, unus Prieneus, alter Heracleotes, Niceius Maronites, Pythion Rhodius;
4. de reliquis, quorum quae fuerit patria non accepi, sunt Androtion, Aeschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius, Euphiton, Euphorion, Eubulus, Lysimachus, Mnaseas, Menestratus, Pleniphanes (?), Persis, Theophilus.

*Hi quos dixi omnes soluta oratione scripserunt;*

5. easdem res etiam quidam versibus, ut Hesiodus Ascraeus, MENECRATES Ephesius etc Oder apud Susemihlum I p. 829 sqq.

<sup>4)</sup> Schol. Hesiod. 'Theog.' v. 5, Susemihl. I p. 333.

<sup>5)</sup> Suid. s. v. Ζηρόδοτος.

## Epimetrum II: De Rhiano.

Postquam non Alexandriae sed apud Coos Rhianum studiis vacasse compertum est, omnis simul causa nobis sublata videtur, cur quis Rhianum et carmina sua fecisse et editionem Homericam Alexandriae existimare cum Meinekio pergit. Ubi ficerit, dissimulamur, nisi argumenti quid e 'Messeniacorum' forte consilio erit capessendum. Ubi quoniam de rebus quibusdam Rhodiis Rhianum liquet exposuisse<sup>1)</sup>), verissime id cum praecipua Aristomenis in carmine persona cum alii tum Meinekius copulavit et ad Rhianum rettulit Pausaniana narrationis exitum IV 24: *Δαμαγήτῳ δὲ Ρόδῳ βασιλεύοντι ἐν Ιαλυσῷ, τότε δὲ ἦκοντι παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα καὶ ἐρωτῶντι, διπόθεν ἀγαγέσθαι χρὴ γυναῖκα, ἔχοησεν δὲ Πυθία θυγατέρα ἀνδρὸς τῶν Ἑλλήνων τοῦ ἀρίστου λαβεῖν. ὃ δέ — ἦν γὰρ καὶ τοτῇ Ἀριστομένει θυγάτηρ — γαμεῖ ταύτην, Ἐλλήνων τῶν τότε ἔκεινον μακρῷ δῆ τινι ἀριστον νομίζων. Ἀριστομένης δὲ ἐς μὲν τὴν Ρόδον ἀφίκετο σὺν τῇ θυγατρὶ . . . τελευτήσαντι δὲ αὐτῷ Δαμαγήτος καὶ οἱ Ρόδιοι μνῆμά τε ἐπιφανὲς ἐποίησαν καὶ ἔνεμον ἀπὸ ἔκεινον τιμάς. τὰ μὲν δὴ λεγόμενα ἐς τοὺς Διαγορίδας καλούμενους ἐν Ρόδῳ, γεγονότας δὲ ἀπὸ Διαγόρου τοῦ Δαμαγήτου τοῦ Δωριέως τοῦ Δαμαγήτου τε καὶ τῆς Ἀριστομένους θυγατρός, παρῆκα, μὴ οὐ κατὰ καιρὸν δοκοῦν γράφειν (quae hoc loco Pausanias omisit, ea ex parte VI 7 inseruit). Quodsi Rhodi mortuum esse Aristomenem voluit Rhianus, est manifestum, quid de altera traditionis Aristomeneae conformatione idem ille iudicaverit Steph. s. v. *Ἀνδανία* . . . ἐκ ταύτης Ἀριστομένης ἐγένετο, ἐπιφανέστατος στρατηγός. τοῦτον οἱ Δακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτοὺς τικήσαντα θαυμάσαντες, ὡς μόλις ἐκράτησαν ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς, ἀνατεμόντες ἐσκόπουν, εἰ παρὰ τοὺς λοιπούς ἐστί τι, καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, ὡς Ἡρόδοτος καὶ Πλούταρχος καὶ Ριανός (Meineke p. 195 sqq.). Nulla vero alia de causa alterum illud memorasse Rhianum, quam ut id falsum esse doceret, merito coniecit Naekius (apud Saalium 'Rhiani quae supersunt', Bonnae 1831, p. 29). Cuius interfuerit si quaerimus, refutata de occiso Aristomene 'fabella' ad Rhodium in-*

<sup>1)</sup> Steph. s. v. *Ἀταβύριον*.

sulam eius transferri et mortem et memoriam: ipsi Rhodii vel accuratius Diagoridae Ialysii ultro offeruntur, quae gens ab Aristomene, 'Graecorum et fortissimo et optimo', perpetua continuitate sese deduci gloriabatur. Rhodi si non pepigisse carmina, certe versatus esse per temporis aliquantum Rhianus nobis videtur. E servo ille et liber et apud Coos litteratus vir cum prospere evasisset, qua ratione postmodo quaeasierit vicium, divinamus. Ac praestantissimum quod superest fragmentum (p. 199 M.) nonne obtuenti incertam poetae prodit condicionem vitae atque inopiam?

βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδενής  
στρωφάται, μακάρεσσιν ἐπὶ ψόγον αἰνὸν λάπτει  
ἀχνύμενος, σφετέρην δ' ἀρετὴν καὶ θυμὸν ἀτίξει,  
οὐδέ τι θαρσαλέος νοέειν ἐπος οὐδέ τι φέξαι<sup>2)</sup>,  
ἐρριγώς, ὅθι τ' ἄνδρες ἔχειτέανοι παρέωσιν.  
καὶ οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφεῖται καὶ διέντις.

Ithomae, Messeniae in urbe, degit fortasse aliquando Rhianus, siquidem Ithomatam, civem Messeniacum, eum sive alii sive se ipse (nescimus ubi) nominaverat. Alius porro domicilii vestigium in biographi Vita delitescit:

SUID. s. v.

STEPH. s. v. Βήνη.

*Πιανός, ὁ καὶ Κοής, ὃν Βηναῖος. τὸ ἐθνικὸν Βηναῖος. Πιανός γὰρ τινὲς δὲ Κεραΐτην, ἄλλοι δὲ δ ποιητὴς Βηναῖος ἦν ἡ Κερεά-Ιθώμης τῆς Μεσσήνης αὐτὸν τῆς ἡ Κοής.*

Quid de Κεραΐτης sive Κερεάτης ἡ Κοής faciendum esset, sibi suboluisse Meinekius dixit p. 172 sq. *Ex gentiliciis illis Κεραΐτης et Κερεάτης, alterum ad Κερέα, illud autem ad Κεραῖα ducit .. Κερέα nomen non iniuria dixerit quispiam commendari et fulciri eo quod Pausanias VIII 34, 5 Apollinem Κερεάτην commemorat, deum ab Arcadibus cultum, quibus cum Cretensibus mirum ut in aliis rebus ita etiam in eis, quae ad deorum cultum spectant, consensum fuisse scimus. Lubricum illud Meinekii argumentum et mirifice incertum. Quid enim Pausanias? τούτῳ μὲν δὴ (Carnioni fluvio) αἱ πηγαὶ γῆς εἰσι τῆς Αιγύτιδος ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Κερεάτα τὸ ιερόν. His pro certo nemo elicerit Κερεάτας eognomen deo ab urbe inditum fuisse. Quid?*

<sup>2)</sup> Cf. Arat. v. 460 οὐδέ τι θαρσαλέος κείνων ἔγώ (supra p. 52).

si nihil subest aliud quam Κελδηάτης? Diana Κελδηάτης erat Orchomeniorum Arcadiae (Paus. VIII 13, 2 ἴδονται δὲ ἐν κέδρῳ μεγάλῳ, καὶ τὴν θεὸν ὄνομάζοντις ἀπὸ τῆς πέδου Κελδηάτην). Pergit Meinekius: *Neque veri dissimile est apud Polybium, qui lib. IV cap. 53 inter Arcadum socios praeter Polyrhenos et Lampaeos etiam Κερέτας adfert, fortasse Κερέτας scribendum esse.* Immo Κεράται, monente Schweighaeusero neque ipso nimium refragante Meinekio. Qui cum Κεράται urbem Cretae in nummis inveniri vidisset (cf. Headii 'Historia nummorum' p. 388), Κεράτης Suidianum in Stephanum inferendum esse censuit. Duobus autem incommodis Meinekii conjectura laborare nobis visa est, primum quod in Suida nititur, Stephano posthabito, deinde quod verba ἡ Κείσ in Stephano sequentia non simul eadem curantur medela. Itaque «Κελδηάτης τῆς Καρίας» tentavimus ipsi et de urbe ad sinum Ceramium sita cogitamus: Xenoph. Hellen. II 1, 15 (de Lysandro) ἀνίχθη τῆς Καρίας εἰς τὸν Κεράμειον κόλπον. καὶ προσβαλὼν πάλει τὸν Αἴθηραίων συμμάχῳ ὄνομα Κελδηάτης τῇ ιστεραὶ κατὰ χράτος αἰρεῖ καὶ ἐξηρθραπόδισεν. ἥσαν δὲ μιξοβάρβαροι οἱ ἐνοικοῦντες. Fingi possit, non natu fuisse Rhianum Benaeum, sed factum civitate postea accepta, cum Cedreis Cariae esset oriundus.

### Epimetrum III: De Argonauticorum recitatione.

Apollonii et Callimachi discidium tot et tam eximii critici tractarunt, ut verendum paene sit, ne rem et actam et satis perspicuam iteratione supervacanea returbare velle censemur. Perferemus vero, si quid imminebit, donec quaerentibus nobis responsum erit. Quae quaeramus primum explicaturi proficiscimur quasi a concessis inde, 1. quod poeta Callimachus Apollonio poetae acerbus exstitit adversarius ac contempsit 'Argonautica', 2. quod Apollonius duas 'Argonauticorum' editiones haud valde discrepantes paravit, 3. quod carminum in sodaliciis recitandorum consuetudo cum alibi tum Alexandriae id temporis increbuerat. Comperiuntur haec non ex Apollonii biographo, sed ex ipsis quae manibus teruntur utriusque poematis et scholiis antiquis et aliunde. Iis, quae quasi nova e biographo adsciscuntur, conciliari fides a recen-

tioribus aevi alexandrini investigatoribus idecirco consuevit, quia illinc haec non modo non discedant sed tantum concordent quantum possint omnino. Non liceret, etsi vellemus, esse brevibus et succincto uti genere disputandi. Itaque Vitarum eclogas ad unum eundemque fontem revocandas consociamus:

A VITA I p. 50 W.      B VITA II p. 51 W.      C SUIDAS.

*τοῦτον δὲ λέγεται ἔτι ἔφη· .. συντάξας ταῦτα τὰ ποιή-  
βον ὅντα ἐπιδείξασθαι τὰ ματα ('Arg.') ἐπεδείξατο.  
Ἄργοναντικὰ καὶ κατε- σφόδρα δ' ἀπονυχῶν καὶ  
γνῶσθαι, μὴ φέροντα δὲ ἐρυθριάσας παρεγένετο ἐν  
τὴν αἰσχύνην τῶν πολι- Ρόδῳ κάκει ἐπολιτεύσατο,  
τῶν καὶ τὴν διαβολὴν καὶ καὶ σοφιστεύει φητορικοὺς  
τὸ ὄνειδος τῶν ἄλλων λόγους. Ὡς τοις καὶ Ρόδιον αὐ-  
ποιητῶν καταλιπεῖν τὴν τὸν ἀπεκάλεσαν. ἐνταῦθα  
πατρίδα καὶ ἀπελῆλυ- τοιννυν διάγων καὶ ἐπιξέσας  
θέναι εἰς Ρόδον, κάκει αὐτοῦ τὰ ποιήματα, εἰτ'  
αὐτὰ ἐπιξέσαντα διορθῶ- ἐπιδείξαμενος σφόδρα εὔδο-  
σαι καὶ οὕτως ἐπιδείξασ- κίμησεν, ὡς καὶ τῆς Ρόδιων  
θαὶ καὶ ὑπερευδοκιμῆσαι. ἀξιωθῆναι πολιτείας καὶ  
διὸ καὶ Ρόδιον ἔαντὸν τιμῆς.*

*ἐν τοῖς ποιήμασιν ἀν-  
γράφει. ἐπαΐδενσέ τε λαμ-  
πρῶς ἐν αὐτῇ καὶ τῆς  
Ρόδιων πολιτείας καὶ τι-  
μῆς ἡξιώθη.*

*τινὲς δέ φασιν, δτι ἐπανῆλ-  
θεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ  
αὐθις ἐκεῖσε ἐπιδείξαμενος  
εἰς ἄκρον εὐδοκιμησεν, ὡς ... καὶ διά-  
καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν τοῦ δοχος Ἐρα-  
Μονσείου ἀξιωθῆναι αὐτὸν τοσθένους  
καὶ ταφῆναι δὲ σὺν αὐτῷ γενόμενος  
τῷ Καλλιμάχῳ.      ἐν τῇ προ-  
στασίᾳ τῆς  
ἐν Ἀλεξ-  
ανδρείᾳ  
βιβλιοθή-  
κης.*

Quae e laciniis conglutinavimus, ea unius eiusdemque historiae tenorem censenda sunt efficere. Adolescentulus poeta inlusus ab Alexandrinis ex urbe secedit iratus, Rhodi cum secundis curis deinde elimasset ac recitasset 'Argonautica' conlaudatus et civitate donatus est; denique facto iterum periculo Alexandriam redux ab iisdem poetis tam est honorifice exceptus, ut non modo paeponeretur bibliothecae administranda sed etiam cum Callimacho sepulcreti communionem nanciseretur. Gradatim a summa Apollonii contumelia ad extremam laudem et vel apud invidos celebritatem ita sentimus paullatim procedi, ut ex tam arcta membrorum cohaerentia removere neque ultimum permittatur nec primum nec ceterorum quodlibet. Fidem iis quae traduntur habeas aut omnibus aut omnia repndies. Simplex haec nostra et iusta sententia est, sed sumus soli. Dissecare, etsi illud indissecabile est et unum, omnibus quotquot verba fecerunt paeplacuit. Etenim exeunti quidem narrationi (inde a *tirèg dè* nescimus qui assentetur. Immo tribus de causis reiciendam esse iure conspirant, 1) cogitari non posse eosdem, qui despiciunt 'Argonauticorum' carmen habuissent, tempore interposito, postquam de gravissimis poematis sive incommidis seu vitiis fere nihil sublatum est, non suspexisse tantum sed summo honore idem illud prosecutos esse, 2) ob temporis differentiam certius nihil esse quam Apollonium Alexandrinae bibliothecae paeefuisse nunquam, 3) prorsus esse incredibile, acerrimorum inimicorum par eodem sepulcro esse conditos. Quodsi ultima biographi particula recte sine dubio commenticia iudicatur, de tota Vita aetum est pernecessario.

Sed condonabimus aliquid et ceteris narrationis elementis partibusve singillatim auctoritatem derogabimus. Quod perfici potest facillime. Nam vide: eo inclinat fabula biographi, ut poema ab Alexandrinis contemptum Apollonius censeatur intento studio funditus renovasse. Id vero nequaquam paeestit ille, quatenus e relictis vestigiis dispicitur. Redeunt partim haec ad ea quae modo tetigimus. Sed novum accedit. Voluntas est scriptoris, unde duplex 'Argonauticorum' editio explicanda sit, monstrare. Priorem contendit semel Alexandriae recitamat fuisse, alteram et Rhodi postea et etiam posterius Alexandriae. Qua in re mendum ratiocinandi non latet sed apertum est. Si enim tam male res illi ceciderat recitato carmine, cur edidit quaeso e vestigio, antequam accurate

retractasset? Editum — inquies — et iam divulgatum recitavit carmen, ut nequiret emissa exemplaria revocare. Conveniret ne id quidem in consilium scriptoris, quippe qui non nota sed illuc usque inaudita cum Alexandrinis communicasse liquido vellet Apollonium. Manet igitur quod diximus, carminis nondum editi recitationem ‘editionis’ nomine perperam significari. Immo cum ‘elimatum’ carmen Rhodi promulgaret, prima haec fuit editio, et non secunda.

Denique biographi ingens vitium repperit Diltheyus.<sup>1)</sup> Nam quod artem oratoriam Apollonius Rhodi exercuisse fertur in B, Molonis Apollonii, primi a. Chr. saeculi rhetoris Rhodii, id esse luce clarius est. Sive inscinter commisicuit seu proterve narratiunculae composer, quae vel pueri inter se sciunt abhorrire. Abhorret et universa historiola et singulae eius particulae a veritate tantum, quantum capi mente vix potest. Itaque ad inferiorem aetatem impostoris tempus detrudimus. Si quid hariolari licet, biographus Apollonii carmine interpretando occupatus rerum ad vitam viri pertinentium inopiam ita explere fidenter conatus est, ut e quibusdam quae diximus elementis sed paucis fabellam de suo conficeret penitus noviciam.

Satis actumst de biographi fraudibus. At habent Vitae, quod excellat bonitate, in initio:

#### VITA I W.

*Ἀπολλώνιος, ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητής, τὸ μὲν γένος Ἀλεξανδρεὺς, πατρὸς δὲ Σιλλέως, ὡς δέ τινες Ἰλλέως, φυλῆς Πτολεμαῖδος. ἐγένετο δ' ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων, Καλλιμάχου μαθητής, τὸ μὲν πρῶτον συνών Καλλιμάχῳ τῷ ἰδίῳ διδασκάλῳ, ὃψε δὲ ἐπὶ τὸ ποτεῖν ποιήματα ἐτράπετο.*

Quae diductis litteris impressa sunt ea ferebant aegerrime inter-

#### VITA II W.

*Ἀπολλώνιος ὁ ποιητὴς τὸ μὲν γένος ἦν Ἀλεξανδρεύς, πατρὸς δὲ Σιλλέως ἢ Ἰλλέως, μητρὸς δὲ Ῥόδης. οὗτος ἐμαθήτευσε Καλλιμάχῳ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὅντι γραμματικῷ<sup>2)</sup>.*

<sup>1)</sup> Linde ‘De diversis recensionibus Apollonii Rhodii Argonauticon’, Gottingae 1885, p. 51.

<sup>2)</sup> μαθητὴς Καλλιμάχου etiam Suidas.

pretes, quotquot extiterunt. Cur vero? Quoniam neque ad ea, quae de ephеби recitatione postea leguntur, neque ad ea, quae antecedunt, adgregari possent. *Sunt ineptissima, quibus novi omnino nihil additur, ut in brevius esse contracta a biographo videantur, quae ipse integra legerit apud auctorem suum* (Busch 'De bibliothecariis Alexandrinis' diss. Rostoch. 1884 p. 31). Seducti semel ad hanc sententiam certatim operam novissimi derunt critici, ut quid primitus exaratum fuisset in communi Vitarum archetypo definirent accuratius. Ac cum diutius in diversa omnia discessissent, hodie valet fere et impense commendatur Lindii quaedam suspicieula, velut a Susemihlio I p. 384<sup>1)</sup>: *Dass das ἔτι ἔργον ὅτι richtig, das ὄψε falsch ist, liegt auf der Hand.* Aber erst Linde hat wahrscheinlich gemacht, woher der Widerspruch stammt, nämlich aus der Flüchtigkeit des Excerptierens, indem in der ursprünglichen Biographie vielmehr etwa folgendes gestanden haben dürfte: *ἴγετο δὲ ἐπὶ τῷ Πτολεμαίῳ τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ τῷ ἴδιῳ διδασκάλῳ, ἐπειδὴ δὲ ὑστερον ἐπὶ τῷ ποιεῖν ποίηματα ἐτρέπετο ἀπ’ αὐτοῦ ἀφιστάμενος, καὶ πολλὴν εἰς ἔχθραν ἤλθον ἀλλήλοις. λέγεται δὲ τούτοις ἔτι ἔργον κτλ.* Facile et libenter haec praetermittimus et invadi in traditorum verborum integratatem vetamus atque acquiescimus in ipso eo, quod duorum testium facile dinosci dissensum adparet. Id fieri ita in hoc litterarum genere consuevit. Postquam igitur a Callimacho grammaticam, non poesin, Alexandriae didicit Apollonius<sup>2)</sup>), intermisso longiore temporis spatio digressus iam a praceptorre in Rhodiorum rempublicam litteris tunc florentissimam ad carmina Rhianeo<sup>3)</sup> fere exemplo pangenda sese

<sup>1)</sup> Poeticam artem Callimachus tradidisse Apollonio in Vitis non dicitur: grammaticam dicitur. Erravit igitur Gerckius in hac quidem re, sed cetera multo omnibus fere rectius iudicavit nec meretur tam iniquam quam ei contigit censuram: 'Mus. rhen.' 1889 p. 240sqq.

<sup>2)</sup> Cf. Meinekii 'Anal. Alex.' p. 200. Cui novum aliquid addere in animo est. Apollonius in 'Argonauticis' Boreadas ab Hercule in Teno insula idcirco occisos esse narravit, quis ille cum quaereret Hylam ut desereretur in Mysia auctores extitissent I v. 1298sqq.:

καὶ νῦ κεν ἄψ ὁπίσω Μνοῶν ἐπὶ γαῖαν Ἰεοντο  
λαΐτμα βιησάμενοι ἀτέμουν τ' ἀλληρτον λαΐν,  
εἰ μὴ Θορηκιοι δύνω τίες Βορέαο  
Αλαζίδην χαλεποῖσιν ἐργτύεσαν ἐπεσσαν.

convertit. Circumspiciendum erit deinceps, quale potissimum consilium Apollonius faciendis 'Argonauticis' sit Rhodi persecutus. Id ex ipso carmine exploraturo opus est altiore, quam institui nunc quidem possit, indagine.

σχέτλιοι· ή τέ σφιν στυγερη τίσις ἔπλετ' ὀπίσσω  
χεροῖν ὑψός Ἡρακλῆς, ὃ μν̄ δίξεσθαι ἔρυχον.  
ἀθλῶν γάρ Πελλαῖο δεδουπότος ἄψ ἀνίστας  
Τήνω ἐν ἀμφιρύτῃ πέφνεν, καὶ ἀμήσατο γαῖαν  
ἀμφ' αὐτοῖς, στήλας τε δύω καθύπερθεν ἔτενεν,  
ὧν ἔτερη, θάμβος περιώσιον ἀνδράσι λενόσειν,  
κίννας ἡχέντος ὑπὸ πνοιῇ Βορέαο.  
καὶ τὰ μὲν ὡς ἡμελλε μετὰ χρόνον ἔκτελέσθαι κτλ.'

At continuo post vel Glaucus deus marinus emergens admonet Minyas, ne amplius Herculem anxi desiderent v. 1316 sqq.:

Ἄργει οἱ μοῖροι ἐστὶν ἀτασθάλῳ Εὐρυνθῆ  
ἐκπλῆσαι μογέοντα δυνάσκα πάντας ἀέθλους,  
ναιεῖν δ' ἀθανάτοις συνέστιον, εἰ̄ κ' ἔτι παι' φονς  
ἔξαρισγ. τῷ μη τι ποθῇ κείνοιο πελέσθω.

Duplex igitur consilium erat sine Hercule proficisciendi, alterum Boreadarum, Glauci vatis alterum idque gravius multo: hoc in futurarum rerum scientia nitebatur, illud fortuitum et inops rationis eo magis putandumst, quod neci tale quid in quempiam decernendae non sufficit. Nex Zethi et Calaidis e Tenorum fabula provenit, qui adgressos esse quondam Herculem Boreadas ferebant (schol. Apollon. l. c.). Causam et originem inimicitiae manifestum est Apollonium de suo perperam novavisse, ut assolet. Genuinam narrationis formam exquirenti Knaackius fortiter succurrit 'Herm.' 1888 p. 136<sup>1</sup>: *Man hat noch nicht beachte*, dass die Verfolgung des Hylas durch die Boreaden bei Properz I 20, 25 ff. deswegen erfunden ist, um die spätere Bestrafung derselben durch Herakles zu motivieren: das war also in der Vorlage des Properz erzählt, und die Verse sind nur im Zusammenhang mit andern Heraklestaten verständlich. Amplius procedere licebit, postquam Propertii versus cognovimus. Ita enim ille, cum asseverasset se relata referre v. 17, perrexit:

Hunc (Hylam) duo sectati fratres, Aquilonia proles,  
hunc super et Zetes, hunc super et Calais,  
oscula suspensi instabant carpere palmis,  
oscula et alterna ferre supina fuga.  
ille sub extrema pendens secluditur ala  
et volucres ramo submovet insidias.

Osculando amorem puero testabantur Boreadae! Accedit quod dodecathlum recte Knaackius ab eo poeta enarratum fuisse conclusit, a quo et Apollonius et Propertius sua mutuati essent. Rhiani 'Heracleam' utriusque conicimus praesto fuisse ob puerilem amorem vel in heroum vita moribusque a Rhiano expressum. Cf. Wilamowitz 'Herakles' I p. 310<sup>so</sup> et supra p. 322.

### Epimetrum IV: De picturis Arateis.

Diximus de picturis Arateis adn. 17. Sed interea obtigit bibliothecae Basileensis liberalitate, ut Germanici vetustus codex A. N. IV 18 Gryphiswaldiam nobis transmitteretur: unde de picturis Arateis promere nonnulla statuimus, ne pergant sive in libris manuscriptis latere sive in Hugonis Grotii (cuius codex nondum innotuit) 'Syntagmate Arateo', perraro libro, obscuratae. Et ea quidem exempla Basileensis, quae Zodiaco inserviunt inlustrando, vix differunt a pictis calendariis: vide Strzygowskii librum 'Die Calenderbilder des Chronographen vom Jahre 354' Berolini 1888 emissum. In ceteris quoque facile indagaveris, quae e vetere artis conformatione desumpta sint. Omnia vero luculentissima Ingeniculi Basileensis pictura est Herculem exprimentis, dum anguem interficit, in sinistrum genu prolapsum. Vasculi Cyrenaei antiquissimi imaginem intueri nobis videbamur: cf. Studniczkae 'Kyrene' p. 33. Nonnulla picturarum Basileensium exempla arte photographica nobis reddidit prompta voluntate Victor Schulze conlega. Exoptamus vehementer, ut quanta Calendariis tanta Arateis picturis mox cura impertiatur. Enumeravit Germanici codices pictos Brey-sigius in 'Arateorum' praefatione. Item ζωγράφος, qui multum sphaerae Arateae nocuissent, identidem per Arateas litteras meminimus memoratos.<sup>1)</sup> Denique in libro Germanici Matritensi cum cetera monemos tum Antigonum regem Arato scriptionem 'Phaenomenorum' demandantem conspici teste Bethio. Cf. supra l. c.

---

<sup>1)</sup> Exscripsimus potissima 'Analectorum Eratosthenicorum' p. 33 sq.

## **IX. EPIMENIDEA ET ARCHILOCHEA.**



**R**eviviscere nuper e diurna oblivione Epimenidis coepit memoria. Novum testem producimus:

εἰ δέ τοι Ἡνίοχόν τε καὶ ἀστέρας Ἡνιόχοιο  
σκέπτεσθαι δοκέει καὶ τοι φάτις ἥλυθεν Αἴγος,  
αὐτῆς ἡδ' Ἐρίφων, οὐ τ' εἰν ἀλλ πορφυρούσῃ  
πολλάκις ἐσκέψαντο κεδαιομένους ἀνθρώπους,  
αὐτὸν μὲν μιν ἄπαντα μέγαν Λιδύμων ἐπὶ λαιά  
κεκλιμένον δήεις· Ἐλίκης δέ οἱ ἄκρα κάρηγα  
ἀντία δινεύει. σκαιψ δ' ἐπελήλαται ὕμων  
Αἴξ ἱερή, τὴν μὲν τε λόγος Λιδί μαζὸν ἐπισχεῖν.<sup>1)</sup>  
ώλεντίην δέ μιν Αἴγα Λιδὸς καλέουνσ' ὑποφῆται.  
ἀλλ' ἦ μὲν πολλῇ τε καὶ ἀγλαή, οὐ δέ οἱ αὐτοῦ  
λεπτὰ φαείνονται Ἐριφοὶ καρπὸν κάτα χειρός

Aratus v. 156—166. Haedos Cleostratus demum nominavit. Proinde Capram iam antea notam fuisse Robertus conclusit p. 245 rectissime. Quod sidus qui primi in caelo investigarent — pendet ab illis aliquo modo etiam Cleostratus — Αἴγα non de ‘Capra’ sed de ‘Procella’ a radice ἄιχ (ἄισσω) dictum existimarunt. Merito ita olim statuit Buttmannus.<sup>2)</sup> Quam cum ‘cubitalem’ (ώλεντίην), in Aurigae cubito sitam, ‘Iovis sacerdotes’ scripsissent, correcturus Aratus sinistro Aurigae humero attribuere maluit proiectiore scilicet caeli scientia sibi visus adiuvari. Sacerdos is quem corredit

<sup>1)</sup> «ἐπισχεῖν» etiam Strabo p. 387 (i. e. Apollodorus): Αἴγιον (Achiae) δὲ ἵκανῶς οἰκεῖται· ἴστοροῦσι δ' ἔνταῦθα τὸν Λιδα ὥντ' αἴγος ἀνατραφῆναι, καθάπερ φησι καὶ Άρατος «Αἴξ ἱερή, τὴν μὲν τε λόγος Λιδί μαζὸν ἐπισχεῖν». ἐπιλέγει δὲ καὶ ὅτι «Ωλεντίην δέ μιν Αἴγα Λιδὸς καλέουνσ' ὑποφῆται» δηλῶν τὸν τόπον, διότι πλησίον Ὀλένη . . . Αἴγιεών δέ ἔστι καὶ . . . Ἐλίκη καὶ τὸ τοῦ Λιδὸς ἄλσος τὸ Αμάριον κτλ.’ Vossius «ὑποσχεῖν» ex Etonensi (n) et Parisiensi (o) codicibus protraxit (cf. Kramerij praef. vol. I). Cetera quoque Aratea Strabo aliunde accepit: II p. 103 (cf. p. 194) X p. 478 (cf. p. 262). Pag. 228.

<sup>2)</sup> ‘Entstehung der Sternnamen auf der griechischen Sphaere’ (‘Abh. der Berl. Akad.’ 1826) p. 28.

Iovis infantiam enarrans capram induxerat dei nutricem: exspectamus, in sacerdote potissimum, fabulam e certa religione de-promptam. Eadem iterum Aratum, si modo Iovis denuo attigit memoriam fabularem, respexisse per se consentaneum est. Ac tetigit reapse initio v. 30 sqq.:

εἰ ἐτεὸν δή,  
Κρήτην κεῖναι γε Διὸς μεγάλου ἀρτη  
οὐρανὸν εἰσανέβησαν, δι μὲν ποτὲ κουρίζοντα  
δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰδαῖοι  
ἄντρῳ ἔγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν,  
Δικταῖοι Κούρητες δὲ Κρόνον ἐψεύδοντο.  
καὶ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσιν,  
τὴν δὲ ἑτέρην Ἐλίχην.

Aratum Creticam de Iovis pueritia famam dubitanter secutum esse diximus cap. VIII. Quadrat illuc capra lac praebens quod infanti daretur, ni fallimur, eximie. Sacerdoti igitur, cui Capram, eidem Cynosuram et Helicen puerulum in monte Ida deberi educantes persuasissimum est. Hinc Idaei Iovis sacerdos is, de quo agitur, scriptor fuerit necesse fit. Age Capricorni historiolam 'Catast.' XXVII p. 148 R. proferamus: ἐτιμήθη δὲ διὰ τὸ σύντροφον εἶναι τῷ Διὶ, καθάπερ Ἐπιμενίδης δὲ τὰ Κρητικὰ ἴστορῶν φησιν, διτι ἐν τῇ Ἰδῃ συνῆν αὐτῷ, διτε ποὺς Τιτᾶνας ἐστράτευσεν, ἐν φοὺς συμμάχους καθωπλιζεν. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν τοῖς ἀστροῖς αὐτὸν ἔθηκε καὶ τὴν Αἴγα τὴν μητέρα. <sup>3)</sup> Ceteros testes adposuit Robertus. Epimenides igitur Cretensis, Cretici — 'Idaei' nunc dicemus accuratius — Iovis et Rheae sacerdos, Capram Capricorni matrem simul cum filio in sideribus constitutam narraverat. In Epimenidem vero etiam convenit, ut melius non possit, dictamni mentio Aratea δίκτῳ ἐν εὐώδει, de cuius salubritate et vi purgatoria cap. VI expositum est accuratius. Lustrationes ('Καθαρμούς') ferebatur ille inde a quinto saeculo conscripsisse; dicitur idem φιζοτόμος. <sup>4)</sup> Itaque Epimenidem Aratus

<sup>3)</sup> Fidem Kernius p. 78 Epimenidis fragmentis iis, quae in 'Catasterismis' servata sunt, derogavit. Cui iure refragati sunt Bethius (Hermes 1889 p. 410) et Wilamowitzius (Eurip. Hippolyt. p. 224).

<sup>4)</sup> Schultess 'De Epimenide' p. 19. Dormivit in antro Idaeo: cf. infra et Suidas s. v. διεκπατῆσαι] τοῦ πάτον παρεξελθεῖν. λέγοντοι δὲ Επιμενίδην χρόνον, ἐνα διεκπατῆσαι ἀσχολούμενον περὶ φιζοτομίαν. χρόνον δένα 'unum annum'

usurpavit certissime. Quaerimus librum Epimenideum: 'Theogonia' ultro offertur. Quae inde a quinto ineunte saeculo vel exeunte sexto adscribi Epimenidi copta est<sup>5)</sup>.

Dubitaverat de Epimenideae fabulae fide ac veritate Aratus. Nullum dubitationi locum relinquendum esse et fraudem adgnoscendam professus est item in pueritia Iovis describenda Callimachus. At quo ille auxilio et firmamento! Haud inlepide ipsius Epimenidis sententiolam adsumpsit suis adversarium armis repulsurus:

Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαῖοισιν ἐν οὐραῖ φασὶ γενέσθαι,  
Ζεῦ, σὲ δὲ ἐν Ἀρκαδίῃ πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο;  
«Κρῆτες ἀεὶ ψευσταί».

Epimenidis gratia (fr. 5 K.) si quis Callimachum putaret hymni exordium ita constituisse ut fecit, vim et iniuriam subtili poetae ingenio inferret ac consilio. Subtilitas vero cogitandi patefacta nobis videtur, dummodo Aratum perpendas iam et ipsum haesitasse (*εἰ ἔτεον δῆ*). 'Phaenomena' amici Cretensium castigans mendacia strinxit Callimachus.

'Oraculis' perperam Kinkelius versum inseruit. Quo facile refutato ad 'Catharmos' potius sibi redeundum Dielesius ratus, vir summus, ubi civibus abstinentiam commendavisset, ibidem Epimenidem iecisse in Cretenses vituperium illud p. 395 ita docebat: *Auf diese Enthaltsamkeitspredigt beziehe ich auch den berühmt gewordenen Vers Κρῆτες ἀεὶ ψευσταί, καὶ θηρία, γαστέρες ἄργαι. Ein Orakel ist es nicht, die starke Invective passt auch kaum in den Orakelton. Dagegen lässt sich wol verstehn, wenn der Epimenides der 'Katharmen' seine in Sünde verstockten Landsleute durch die Empfehlung der orphischen*

significat (Valckenarius 'Diatriba' p. 140 et supra p. 124): male *ad aliquod tempus* Bernhardyus, deceptus fortasse Laertii Diogenis loco I 10, 7: *εἰσὶ δὲ οἵ μη κοιμηθῆναι αὐτὸν λέγοντες, ἀλλὰ γορόν τινὰ ἐκπατῆσαι ἀσχολούμενον περὶ φίζοτομιαν*. Hinc est, quod herbae nonnullae vocantur 'Επιμενίδειοι: Theophr. 'Hist. plant.' VII 12, 1 (*ἐδώδιμοι*) ή τοῦ ἀσφοδέλου φίξα καὶ ή τῆς σκλήλης, πάλιν οὲ πάσης ἀλλὰ τῆς 'Επιμενίδειον καλούμενης, ή ἀπὸ τῆς γορσεως ἔχει τὴν προσηγορίαν. De trochiscis Epimenideis: Schultess. p. 50<sup>6</sup>. Cf. Wilamowitz. l. c.

<sup>5)</sup> O. Kern 'De Orphei Epimenidis Pherecydis Theogoniis' p. 67 sqq., Diels 'Sitzungsber. der Berliner Akad.' 1891 p. 397—403, Wilamowitz l. c.

*Askese wie Empedokles auf den Pfad der Tugend lenken und wie jener' (v. 444 St.) vermahnen will: νηστεῖσαι κακότητος.* Dielesii series cogitatorum incerta condicione laborat. Nam si res ad coniecturam semel devenit, e pluribus seligemus eam quae ab expressi exempli vadimonio ac fide ceteris tutius commendatur. Imitatus est Epimenides utique Hesiodeum Theogoniae exordium v. 26 sqq.

ποιμένες ἄγραντοι, πάν' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον.  
ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐπίμοισιν δμοία.  
ἴδμεν δ', εὐτ' ἐθέλωμεν, ἀληθέα γηρύσασθαι.

Subrustica impudentia pastores vel unum potius pastorem Hesiodum adfatae instruunt Musae deorum origines carmine explicatum. Quid? si in Epimenide consimilis adloquendi erat occasio, una intercedente ea differentia, ut verax apud Epimenidem persona adlocutrix (vel personae) videri vellet, Musae Hesiodeae simul etiam 'mendaces'? Prona suspicio, deum nescio quem (vel deos) Epimenidi non aliter atque est in Hesiodo scribendi negotium detulisse de certis rebus tunc ipsum edocto. Consopitum se facias Epimenidem, ut esse solet in fabulis, finxisse et ad deos ductum per somnum<sup>6)</sup> didicisse nova mira inaudita! Finxit re vera tale quid Epimenides in 'Catharmis'. Quod cum bene conieciisset Dieselius<sup>7)</sup>, nuntiari vidimus idem postea ab eo biographo, cui sua

<sup>6)</sup> Profundi somni documentum mirifica diurnitas (cf. Cic. 'Somnium Scipionis' c. 10). Spatium quinquaginta septem annorum, quae est Theopompi numeratio (Schultess. p. 53), e ternario magni anni undevicennalis numero explicatur ( $3 \times 19 = 57$ ). Quod cum iure conclusissent cum aliis tum Schultessius p. 52, illud hic omnino neglexit, quod non Meto demum, sed iam Phainus Mettonis magister circa a. 450 solarem annum undeviginti annis lunaribus circumscripsit. Cf. p. 241 et huius capititis adn. 4, ubi 'unum' annum dormivisse Epimenidem comperimus. 'Unum' annum Iuppiter Callimacheus a Curetibus educatur.

<sup>7)</sup> Wie Kallimachos im Prolog der Aitien seine Dichtung als Traum eingebung dargestellt hatte, wie es ferner die allgemein und officiell geübte Sitte der Incubation griechischem Denken nahe legte, so begreift man leicht, auch ohne dass man die Legende der Siebenschläfer und andere zahlreiche Varianten bemüht (Rohde 'Rhein. Mus.' 35, 157), dass auch dieser Epimenides redivivus sich als erwacht aus langem Schlaf und nun mit wunderbarer Weissagungskunst behaftet ausgibt und seines Geistes Reichthum auszustellen beginnt. So stellt sich auch Lukian (Timon c. 6) . . das Werden des Propheten vor. Lucianus nihil nisi diurnam dormitionem commemoravit e narrationis conexu solutam. De Callimacho cf. 'Anth. Pal.' VII 42.

debet Maximus Tyrius ‘Diss.’ c. 22 p. 224 Davisii (Cantabr. 1703) ἡλιθεν Ἀθήναζε καὶ ἄλλος, Κρῆς ἀνὴρ, ὄνομα Ἐπιμενίδης· οὐδὲ οὗτος ἔσχεν εἰπεῖν αὐτῷ διδάσκαλον· ἀλλ’ ἦν μὲν δεινὸς τὰ θεῖα, ὥστε τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν κακουμένην λοιμῷ καὶ στάσει διεσώσατο ἐκθυσάμενος· δεινὸς δὲ ἦν ταῦτα οὐ μαθών, ἀλλ’ ὑπνον αὐτῷ διηγεῖτο μακρὸν καὶ ὅνειρον διδάσκαλον et c. 28 p. 286 ἀφίκετό ποτε ἀνὴρ Κρῆς Ἀθήναζε ὄνομα Ἐπιμενίδης κομίζων λόγον οὐτωσὶ ἠθέντα, πιστεύεσθαι χαλεπόν. ἡμέρας ἐν Δικταίου (immo Ἰδαίου: Rohde ‘Psyche’ p. 120<sup>3</sup>) Διὸς τῷ ἀντρῷ κείμενος ὑπνῳ βαθεῖ ἔτη συχνὰ ὄναρ ἔφη ἐντυχεῖν αὐτὸς θεοῖς καὶ θεῶν λόγοις καὶ Ἀληθείᾳ καὶ Δίκῃ. τοιαῦτα ἄπτα διαμυθολογῶν ἡντετέο, οἷμαι, δὲ Ἐπιμενίδης, ὡς ἄρα δὲ ἐν γῇ βίος ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ὄνειρατι ἔοικε καὶ πολνετεῖ. Esse vidimus, qui non dormisse sed herbis salutaribus occupatum fuisse conligendis Epimenidem asseverarent (adn. 4). Novo igitur testimonio id ipsum, quod pragmatice interpretando conatur tollere, Maximus stabilit invitus.<sup>4)</sup> Addimus breviter de persona adlocutrice ex eodem Maximo nonnulla. Deos enim universos, Veritatem et Iustitiam imprimis, se vidisse ‘Catharmorum’ exordio et audivisse rettulit Epimenides. Illud «Κρῆτες ἀεὶ ψευσταῖ» si ad Veritatem revocaveris adfantem, acrimoniam singularem persentisces; si minus, in ψευσταῖ rationem et relationem requires. Statuimus igitur ita probabiliter, sed nihil certi spondemus. Quid ergo? Arati causa Callimachus Epimenideam fabellam Epimenidis ipsius versu redarguit. Hymnus in Iovem Callimacheus cum ± 280 confectus sit, iam ante illud tempus ‘Phaenomena’ Alexandriae innotuisse

---

<sup>3)</sup> Wilamowitz in Epimenidis ‘Theogoniam’ convicium illud relegavit Eurip. ‘Hippolytos’ p. 224<sup>1</sup>) ‘Den Hesiod weihen die Musen auf dem Helikon (immo ad radices montis, cf. p. 274) und beginnen mit dem Schelwort «ποιμένες ἄγραντοι, κακά ἐλέγχεα, γαστέρες ολον». Epimenides war bei den letaeischen Nymphēn gewesen und verkündigte die Wahrheit mit dem Schelwort «Κρῆτες ἀεὶ ψευσταῖ, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαῖ». Pag. 224: Die Theogonie führte als poetisches Motiv den Schlaf in der Grotte ein. Opponimus quae supra prolatā sunt. Nymphis templum extruere Epimenidem voluisse sed voce e caelo audita Iovi dicasse Theopompus (Laert. Diog. l. c.) narravit. Nihil de Nymphis exstat amplius, quoad scimus. — Etiam de Callimacho paullo aliter Wilamowitzius iudicavit. De quibus ambigere licet, postquam Callimacheae relationis acumen, ni fallimur, dispeximus.

consequitur. Vel hinc quaestio de 'Phaenomenis' chronologa profligata est.

«Κρῆτες ἀεὶ ψευσταί· καὶ γὰρ τάφον, ὃ ἄνα, σεῖο  
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δὲ οὐ θάνες, ἐσσὸν γὰρ αἰεὶ.  
Efficitur copulatione causali, Epimenidem ipsum, utpote cuius fraus  
et fallacia reprehendatur, de Iovis et morte et sepulcro locutum  
esse in 'Theogonia'<sup>9)</sup> et proinde humanam quadamtenus deorum  
summo addixisse naturam.

---

Altius Cretensium de Iove fabulam repetentibus narratio occurrit  
Anonymi Ambrosiani in Studemundi 'Analectis variis' I p. 224 sq.  
impressi genuinae antiquitatis laude et raritate excellens:

δάκτυλος δὲ ἔκλιθη ἀπὸ τῶν Δακτύλων, οὓς ἐπιλαβομένη  
τῆς γῆς ἀνήκεν ἡ Ρέα. ἡ δὲ ἴστορια τοῦτον ἔχει τὸν τρό-  
πον. μαντεύομενος δὲ Κρόνος περὶ τῶν μελλόντων αὐτῷ συμ-  
βῆναι ἥκουσε παρὰ τοῦ μάντεως, ὅτι εἰς τῶν παιδῶν αὐ-  
τοῦ μέλλει τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβαλεῖν· εὐλαβούμενος  
οὖν τὰ τικτόμενα βρέφη κατέπιεν. λυπουμένη δὲ πρὸς  
τοῦτο ἡ τοῦ Κρόνου γυνή, ὅτε ἔλαβεν ἐν γαστρὶ τὸν Δία,  
ἔφυγεν εἰς τὴν Ἱδην (ὅρος δὲ τοῦτο τῆς Κρῆτης) κἀκεῖσε  
διέτριβε τὴν ὥραν τοῦ τοκετοῦ περιμένοντα. ὡς δὲ ἦκεν  
ἡ προθεσμία καὶ αἱ τῶν ὡδίνων ἐπέκειντο βάσανοι, μὴ  
φέρουσα τὰς ἀλγηδόνας ἐπεστήριξε κατὰ τοῦ ὅρους τὰς  
χεῖρας· τὸ δὲ ὅρος εὐθὺς ἴσαριθμος τῶν δακτύλων ἐγέν-  
νησε δαίμονας, οἵτινες περιστάντες αὐτὴν ἐμαιώσαντο. ἡ  
δὲ γεννήσασα λίθον μὲν ἀντὶ τοῦ παιδὸς σπαργανώσασα  
τῷ Κρόνῳ προσήνεγκεν (ὅ δὲ καὶ τοῦτον κατέπιεν), τῷ δὲ  
βρέφει δίδωσι τροφὸν αἷγα καλούμενην Ἄμαλθειαν, καὶ τοὺς  
εἰρημένους δὲ περιέστησε δαίμονας· οὗτοι οὖν ἐσκεπόν τε  
τὸ βρέφος καὶ περὶ αὐτὸν χορεύοντες ἔτυπτον τὰς ἀσπίδας

---

<sup>9)</sup> Auf dasselbe Gedicht (Epimenidis 'Theogoniam') möchte ich auch die Tradition vom Zeusgrabe beziehn, denn nicht wol könnte Kallimachos sie den Kretern zuschreiben, wenn erst Euhemeros sie erfunden hätte, wie Rohde meint (*Psyche* p. 122); dagegen ist der Witz viel besser, wenn Kallimachos den Spruch des Epimenides von der kretischen Verlogenheit gegen ihn selbst wendet Wilamowitzius l. c.

εὐκόσμως καὶ ἀπετέλουν ἐνθυμὸν ἐναρμόνιον ἔδοντες καὶ μέλη τινά, καὶ οὐ συνεχώρουν ἀκοῦσαι τὸν Κρόνον κλαίοντος τοῦ παιδός. τοῦτο δέ φησι Καλλίμαχος (v. 53 sq.).

ὅντας Κρόνος οὐασιν ἡχήν  
ἀσπιδος εἰσαῖοι καὶ μῆ σεο κονεῖζοντος,  
οὐ ἔστι τοῦ Λιός. τὸ αὐτὸ δὲ εἶπε καὶ Άρατος (v. 35).

Δικταῖοι Κούρητες ὅτε Κρόνον ἐψεύδοντο.  
.. ἥσαν δὲ οἱ προειρημένοι δαίμονες δέκα τὸν ἀριθμὸν καὶ ἐκαλοῦντο Δάκτυλοι Ἰδαῖοι καὶ Κούρητες καὶ Κορύβαντες,  
Δάκτυλοι μὲν Ἰδαῖοι ἀπὸ τῆς Ἰδης τοῦ ὄρους τὸν Κρητικοῦ καὶ τῶν τῆς Ρέας δακτύλων, Κούρητες δὲ διὰ τὸ περὶ τὸν Δια κοῦρον ὅντα εἰλεισθαι, Κορύβαντες δὲ διὰ τὸ περὶ βαίνειν τῷ κούρῳ καὶ ἀπατᾶν τὸν Κρόνον τοῖς ἔσμασιν.

Indidem prompsit Nonnus XIV v. 23—35, ut vero plus exhibeat:

καὶ βλοσυροὶ Κρήτηθεν ἀολλίζοντο μαχηταὶ  
Δάκτυλοι Ἰδαῖοι χραναῖς ναετῆρες ἐρίπνης  
γηγενέες Κορύβαντες δμῆλυδες, ἣν ποτε Ρείη  
ἐκ χθονὸς αὐτοτέλεστος ἀνεβλάστησε γενέθλη·  
οἱ βρέφος ἀρτιλόχευτον ἀεξιτόκῳ παρὰ πέτρῃ  
Ζῆνα φρεσσακέεσσιν ἐμιτρώσαντο χορείαις,  
κῶμον ἀνακρούοντες ὁρίκτυπον ἡπεροπῆα,  
ἥέρα βασιχεύοντες· ἀρασσομένοι δὲ χαλκοῦ  
ἀγχιεφῆς Κρονίοισιν ἐπέβρεμεν οὐασιν ἡχώ  
κονφοσύνην Κρονίωνος ὑποκλέπτουσα βοείαις·  
καὶ πρόμος ἡγεμόνενε χοροπλεκέων Κορυβάντων  
Πίσσηχος Ἰδαῖός τε σακέσπολος, οἰς ἀμα βαίνων  
Κνώσσιος αἰόλα φῦλα παρώνυμος ὥπλισε Κύρβας.

Recens quidem testium memoria, at fabulae elementa vetustissima. Quae res Stesimbroti adiumento monstrari potest. Nam cum Apollonius ‘Argonauticorum’ I v. 1126 sqq. Minyas narrasset et Rheam Dindymenam evocasse

Τιτίην Φ' ἀμα Κύλληνόν τε,  
οἱ μοῦνοι πολέων μοιρηγέται ἡδὲ πάρεδροι  
Μητέρος Ἰδαῖης κεκλήται, δσσοι ἔασιν  
Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὓς ποτε νύμφη  
Ἄγχιάλη Δικταῖον ἀνά σπέσος ἀμφοτέρησι  
δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησεν

scholiasta ad h. l. notavit: ὅτι δὲ τύμφη τις Οἰαξίδος γῆς δραξα-  
μένη τοὺς καλονυμένους Ἰδαιοὺς Δακτύλους ἐποίησε, παρὰ Στησιμ-  
βρότου εἴληφεν. Diunxit igitur a Rhea Anchialam praeceunte Stesim-  
broto Apollonius. Sive idem ille sive Maeandrius Milesius (quem  
praetulit doctissimus Apollonii interpres) Apollonio nomina Dacty-  
lorum e religione Milesiorum profecta suppeditavit. Sunt autem  
in ista narratione quae attendas duo. Ac primum quidem quod  
deae Cyzicenae sive Milesiae Dactyli famulantur, id e  
vetere ac nota iam Miletii cum Creta insula relatione apte ni falli-  
mur expediveris.<sup>10)</sup> Αγχιάλην vero Dactylorum matrem 'mari pro-  
pinquam' vocatam putamus eadem de causa, qua Άλιας 'feminas  
marinas' Placianae Rheae et comites et cultrices 'C. L. G.' II 3657  
(cf. Kirchneri 'Att. et Pelop.' p. 45'). Quae eo consilio disseruimus  
paullo uberioris, ne ante Milesiacam fabulam quinto saeculo anti-  
quiorem exstisisse Creticae narrationis elementa ignoraretur<sup>11).</sup>

In Idam montem parturiens Rhea sese confert (Anonymous),  
partum ὄρεος σχεδὸν Ἰδαιοτο Curetes custodiunt cum nutricibus,  
Rheae matri scilicet vicini (Aratus). Inter se haec vides arcta  
conexa esse. Itaque obstare vix quicquam dixeris, quin Epimenidi  
hoc quoque retribuas. Et ne Dactylorum quidem significatio ab-  
horret. 'Idaei' Anonymo illi sunt, Arato 'Dictaei', etsi mille stadia  
inter Idam et Dietam montes interiacent (cf. p. 262<sup>12)</sup>). Res ita se  
habebit. «Δικταιοὶ Κοιρητες» Aratus versum exordiens, cum  
deberet «Ιδαιοι», dixit anaphorae studio ductus ob versus ante-  
cedentis initium «δίκτῳ ἐν εὐάδει» quaesitae, idque eo facilius

<sup>10)</sup> Simile quid Olympiae accidit. Iovem in Elide natum Rhea commisit  
Olympiae τοῖς Ἰδαιοῖς Δακτύλοις, καλονυμένοις δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ Κού-  
ρησιν. ἀφικέσθαι δ' αὐτοὺς ἐς Ἰόνης τῆς Κρητικῆς πελ.

<sup>11)</sup> Fortasse redundabit alterum. Epimenidem καὶ παῖδα τύμφης ὄνομα  
Βάλτης καὶ Κούρητα νέον coaevi adpellabant (Plut. 'Sol.' c. 12). Depravatum  
et Βάλτης et Βλάστας Suidianum s. v. 'Επιμ. Cum de Cretica nympha bio-  
graphus quisquis fuit utrique communis loquatur, subabsurde Βλάστας (quae  
Attica erat) fuit qui excogitaret. Fac vero hac quoque in fabula Curetes —  
inter quos Epimenides numerabatur — fuisse eosdem ac Dactylos Idaeos: 'An-  
chialae' nymphae et Haliarum memineris et e Βλάστας-Βάλτης eliciendum  
forte esse Άλιας censemus. Sed ambiguam fatemur nobis et ipsa propositae  
coniecturae fidem videri, dummodo rationem redinveniendi veri ac regionem  
monstraverimus, contenti.

potuit, quod in aliis narrationibus Creticis ne Dicta quidem a Iovis natalibus seiuncta erat.<sup>12)</sup> Denique Dactylos Idaeos Rheae dixit obstitores Anonymus: περιστάντες αὐτὴν ἐμαιώσαντο. Medici igitur dii putabantur illi; et innuant tale aliquid etiam propria Dactylorum nomina: Hercules (nimirum Ἀλεξίκανος<sup>13)</sup>), Παιώνιος, Ἐπιμήδης, Ἰάσιος, Ἰδας. Proinde obstetricium Dactylorum officium inter genuinae religionis Creticae vestigia censemus nec demimus Epimenidi. Ac fortasse de Dactylorum etymo hac eadem rationeedocebitur quid sibi velit. Quid? si χειρογόνοι credebantur et digitis placide ventri immissis contrectando efficere, ut parent parturientes? Essent igitur Δάκτυλοι = Δάκτυλογόνοι, ut Κούρετες = Κουροτρόφοι ('De Aeschyli Supplicibus' p. III sqq.). Coniectura haec est, nihil amplius.

Composuimus Epimenidea quae in Anonymo Ambrosiano nobis inesse viderentur elementa. A quo quod alienum sit, nobis nihil dum sese obtulit. Iam faciamus periculum num satis tuto argumentati simus, et Pseudoeratosthenem et Diodorum, qui nonnulla habent ex eodem Epimenide, ad Anonymum exigamus. Quod ut bene cadat, pro explorato tenendum est, Diodorea libri V capita 70 et 71 e duobus utique scriptoribus contaminata esse, quorum alter ad Callimachi hymnum primum, alter proxime ad ipsum accedat Anonymum. En Callimachus v. 57—67:

ἀλλ’ ἔτι παιδνὸς ἐών ἐφράσσω πάντα τέλεια·  
τῷ τοι καὶ γνωτὸν προτεργενέες περ ἔόντες  
οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαισιον οἶκον.  
δηναιοὶ δ’ οὐ πάμπταν ἀληθέες ἡσαν ἀοιδοῖ·  
φάντο πάλον Κρονίδησι διάτριχα δώματα νεῖμαι·  
τίς δέ κ’ ἐπ’ Οὐλύμπῳ τε καὶ Ἄιδι κλῆρον ἐρύσσαι,  
ὅς μάλα μὴ νεντήλος; ἐπ’ ἵσαιῃ γὰρ ἔοικε  
πτήλασθαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλείστον ἔχονσιν.  
ψευδοίμην, ἀίοντος ἃ κεν πεπλέοιεν ἀκονήν.  
οῦ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν,  
σή τε βίη τό τε κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἴσαο δίφρον.

Quibus si admoveris Diodorum V c. 70, 1 περὶ δὲ τῆς τοῦ Διὸς γενέσεώς τε καὶ βασιλείας διαφωνεῖται· καὶ τινες μέν φασιν αὐτὸν

<sup>12)</sup> Lobeck. 'Aglaophamus' II p. 1121.

<sup>13)</sup> Lobeck. ib. p. 1169.

μετὰ τὴν ἑξ ἀρθρώπων τοῦ Κρόνου μετάστασιν εἰς θεοὺς διαδέξασθαι τὴν βασιλείαν, οὐ βίᾳ κατισχύσαντα τὸν πατέρα, νομίμιας δὲ καὶ δικαιωσύνης ταύτης τῆς τιμῆς et praeterea capit is 71 initium: has certe Diodoreae narrationis partes segregandas a ceteris esse liquebit. Cetera enim, si non omnia utique nonnulla, ita comparata sunt, ut Anonymum nobis iteratum audire videamur: τινὲς δὲ μυθολογοῦσι τῷ Κρόνῳ γενέσθαι λόγιον περὶ τῆς τοῦ Διὸς γενέσεως, ὅτι παραιρήσεται τὴν βασιλείαν αὐτοῦ δικαιωσύνη γεννηθεῖς παῖς. διόπερ τὸν μὲν Κρόνον τὰ γεννώμενα παιδία πλεονάσι ἀφανίζειν, τὴν δὲ Ρέαν ἀγανακτίσασαν καὶ μὴ δυναμένην μεταθεῖνα τὴν προαιρεσιν τάνδρός, τὸν Δία τεινοῦσαν ἐν τῇ προσαγορευομένῃ Διττῇ, κλέψαι καὶ δοῦναι λάθρῳ τοῖς Κούροις ἐκθρόψαι τοῖς πατοικοῦσι πλησίον δροντας τῆς Ἰδης· τούτους δὲ ἀπενέγκαντας εἰς τι ἄντρον παραδοῦναι ταῖς Νύμφαις . . . αὐταις δὲ μέλι καὶ γάλα μισγούσαι τὸ παιδίον ἐθρεψαν καὶ τῆς αἰγὸς τῆς ὄνομαζομένης Ἀμαλθείας τὸν μαστὸν εἰς διατροφὴν παρετχοντο κτλ.' Pseudoeratosthenem superius adscripsimus. Quem recte olim, quamvis Bethius 'Herm.' 1889 p. 410 dissentiat, cum Diodoro V 70, 6 Robertus comparavit p. 241: τῇ Θεψάσῃ δ' αἰγὶ τιμᾶς τέ τινας ἄλλας ἀπονείμαι καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτῆς λαβεῖν, Αἰγιοχον ἐπονομασθέντα: ad caelum nimirum Capram rettulit Iuppiter.

Factum nobis est periculum, ni fallimur, feliciter.

Coronam Aratus v. 71 commemoravit:

αὐτοῦ κάπεινος Στέφανος, τὸν ἀγανὸν ἔθηκεν  
σῆμ' ἔμεναι Διόνυσος ἀποιχομένης Ἀριάδνης,  
νώτῳ ὑποστρέφεται πεκμηότος Εἰδώλοιο.

Historiolam illam esse Epimenideam 'Catasterismi' p. 67 et 243 testantur diserte.

Leonidas Tarentinus, paullo iunior Arato, in 'Phaenomena' epigramma ita incohavit:

Γράμμα τίδ' Ἀρήτοι δαήμονος, ὃς ποτε λεπτῇ  
φροντὶ δηγαιοὺς ἀστέρας ἴρρασατο,  
ἀπλανέας τ' ἄμφω καὶ ἀλίμονας.

Aeternitatem stellarum extulit poeta ornamenti causa<sup>14)</sup>, nec di-  
cendum erit Arati versum 99 obversatum esse Tarentino (de Virgine):

εἰτ’ οὖν Ἀστραλον κείνη γένος, ὃν δά τέ φασιν  
ἀστρων ἀρχαῖον πατέρον ἔμπεναι, εἴτε τεν ἄλλον.

«ἀρχαῖον» Marcianus servavit et scholio firmatus et Hesiodeae ‘Theogoniae’ v. 378, ubi Astraeo Aurora peperisse astra fertur. Recentiores vero codices «ἀρχαῖων» habent, ut Parisini AC a nobis conlati. Superflua autem conjectura «ἀρχαῖων» illud novatum esse concludimus. Adde quod Nox, quippe quae ‘signa siderum posuerit’, «ἀρχαῖη» est v. 408; «ἀρχαῖων γυναικῶν» v. 103.

Prior originatio cuius sit, adhuc nescitur. Ἀστέριος — Ἀστε-  
ρῶν et heros pernobilis Cretensis et Cretici Iovis quoque epithetum solemne (Preller II<sup>3</sup> p. 116, Roscher s. v.)<sup>15)</sup>. Ostendi nequit sed verisimile admodum est, Creticam fabulam esse illam et eodem Epimenidis scripto propagatam. Artifices pergameni cum non modo Αἰχνη-Παρθένον, ut Aratus coniunctis Eudoxi et Hesiodi denomi-  
nationibus, sed etiam quasi diversam personam Θέμιν-Παρθένον inter deos siderales referrent, hanc aliunde eos mutuatos esse patet. Vix igitur admittitur, eum qui iuxta Θέμιν in gigantomachiae per-  
gamenae anaglyphis proelians repraesentatur Hesiodeo nomine velle adficere: quemadmodum Puchsteinius, longe omnium felicis-  
simus et ingeniosus arae pergamenae interpres, instituit. Cuius

<sup>14)</sup> Sensit rem in Leonida Jacobsius. Arati v. 116 ne opponas ποθέονσα παλαιῶν ἥθεα λαῶν aut Asclepiadis (sive Archiae) de Hesiodo versum γένος ἀρχαῖων ἔγραφες ἡμιθέων ‘Anth. Pal.’ IX 64 aut Rhiani (p. 186 Meinekii ‘Ana-  
lectorum’) Πύρρης Δευκαλιωνος ἀπὸ ἀρχαῖης ἀλόχοοι aut Euphorionis fr. dub. V  
ἡμειῶν κοκνύδαι καθειμένη ἀρχαῖσιν. — In Leonidae carminibus nihil inveni-  
mus, quod Arateam imitationem redoleat, nisi forte ‘Anth. Pal.’ IX 107 (quod Antipatri Thessalonicensis dixit esse Planudes) ad ‘Phaenomenorum’ v. 154 sq.  
spectat. Sole cum Leone coeunte

εὐρεῖαι μοι ἀρέσκοιεν τότε νῆες,  
εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδὰ κυβερνητῆρες ἔχοιεν

Aratus. Leonidas tanquam oblocuturus v. 3—6:

βραχὺν μὲν σκάφος, ἀλλὰ θαλάσσην  
πᾶν ἵσον οὐ μέτρων ἡ κρίσις, ἀλλὰ τύχης.  
ἔστω πηδαλίοις ἐτέρῃ πλέον (ἄλλο γάρ ἄλλη  
θάρσος), ἐγὼ δ' εἴην δαιμοσι σφῦσμένη.

<sup>15)</sup> Ἀστήρος gigas atticus a Minerva necatus: Aristoteles schol. Aristid.  
p. 105 Frommelii.

disputatorum haec fere summa ('Sitzungsber. der Berl. Ak.' 1889 p. 339): Alatum quendam et barbatum deum aetate provectum, miti facie insignem, iuxta Θέμιν Φολβην Ἀστερίν 'caeli quasi reginam' repositum esse. In cuius ala sinistra (refracta enim dextra est) oculum conspicit. 'Alle diese Eigenschaften des fraglichen Gottes, sein Platz, seine Formen, die Augen auf den Flügeln, führen mit grösster Wahrscheinlichkeit darauf, dass es der ἡλιωπός, bez. ἀστερωπός Uranos sei, freilich nicht der Sohn von Aither und Hemera, sondern der Vater von Themis und Phoibe [Hesiod. 'Theog.' v. 133] und all der andern von den erdgebornen Giganten bedrohten Titanen und Olympier, der als Pendant der Ge auf Seiten der Götter um so weniger fehlen kann, als ihm besonders der Angriff der übermuthigen Erdensöhne gilt.' An Astraeus, quem vetustum astrorum parentem Hesiodus v. 378 praedicavit, dicendus ille et ex Epimenidis 'Theogonia' aevo alexandrino notissima repetendus est? Certe ionica vel poetica potius nominis Ἀστερίη terminatio in anaglyphis pergamenis iuxta formas atticas conspicua sic apte explicaretur. Sed res incerta est ac fortasse manebit.

III

I. Bekkerus p. 144 editionis Archilochi frustum nescimus e quo libro divulgavit: *καὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ* (fr. 120 B.) «*ὑφ' ἡδονῆς σαλευομένη κορώνη*». Quantum vero exultabamus, cum in Marciano et eius apographis tres fere Archilochi versus primi investigaremus hucusque incognitos! Sed antea Arati locum totum adponimus v. 1003 εqq. Signum igitur sunto auctore Arato

καὶ κόφακες μοῖνοι μὲν ἐρημαῖοι βοῶστες  
δισσάκις, αὐτὰρ ἔπειτα μέγ' ἀθρόα κεκλήγοντες.  
1005 πλειότεροι δ' ἀγεληδόν, ἐπὴν κοίτοι μέδιωνται,  
φωνῆς ἔμπλειοι· χαίρειν κέ τις ώ̄σαιτο,  
οὐλα τὰ μὲν βοῶσι λιγανομένοισιν δομοῖα,  
πολλὰ δὲ δενδρεῖοι κατὰ φλόου, ἄλλοτ' ἐπ'  
αὐτοῦ,  
ἴχι τε κετονσιν καὶ ὑπότροποι ἀπτερούονται.

Adscripsit v. 1009 scholiasta Marcianus: ἥκι τε κείουσιν-] ἐν ὦ  
αὐλίζονται καὶ καθέζονται, ἀπ' αὐτοῦ πάλιν αἴρονται, καὶ περι-  
πετασθέντα πάλιν ἐπ' αὐτὸν εἰ νποστρέφοιεν εὐδινὸν τὸ περὶ τὸν  
ἀέρα κατάστημα γίγνωσκε· χαιρόντων γὰρ αἱ τοιαῦται φωναὶ καὶ  
κινήσεις, ἐκθαρσησάντων τῇ καθαρότητι τοῦ ἀέρος. § οὗτως<sup>16)</sup>).  
δηλῶσαι ἡθέλησε, ποῖον δένδρον εἰρηκεν. λέγει γὰρ ὅπου τε-  
κτουσιν', ἀπὸ τοῦ τεκείω ἄγματος [ὅπου τίκτουσιν]<sup>17)</sup>). ἐμοὶ δὲ  
δοκεῖ μᾶλλον «κείουσιν»<sup>18)</sup> ἀντὶ τοῦ κοιμῶνται, ἀπὸ τοῦ κείω· ὁ  
δὲ τέ σύνδεσμος, ἵν' ἡ ὅπου καὶ τὴν κοίτην ἔχονται καὶ [ὅπου] αὐλί-  
ζονται καὶ τῆς πτήσεως παύονται'. τὸ γὰρ «ἀπτερύνονται» οἷονεὶ<sup>19)</sup>  
(πέτονται) τὰ πτερά χαλάσαντες. § ἡ τὸ «ἀπτερύνονται» ἀντὶ<sup>20)</sup>  
τοῦ διασείουσι τὰς πτέρυγας ὑποστρέψαντες· διακινοῦσι γὰρ τὰς  
πτέρυγας ἤτοι ὑφ' ἡδονῆς, τὴν κοιτην καταλαβόντες, ἡ τὴν ἐκ τοῦ  
ἀέρος διατινάσσοντες ἴκμαδα. καὶ παρ' Ἀρχιλόχῳ ἡ ὑφ' ἡδονῆς  
σαλενομένη κορώνη, ὕσπερ

κηρύλος,

πέτρης ἐπὶ προβλῆτος ἀπτερύσσετο<sup>21)</sup>.

τὸ δὲ «ὑπότροποι» ἀπὸ τοῦ νομοῦ πάλιν ὡς ἐπὶ τὴν κοίτην. §  
ἀπτερύνονται] <sup>22)</sup>) προσέθηκε τὸ α διὰ τὸ μέτρον. πτερύσσειν δὲ  
ἐπινυμολογεῖται οἷονεὶ πτεροσετεῖν. Coniecit 'in Archiloco' «σαλεν-  
μένη» Meinekius inutiliter, qui nonnisi Bekkerianum noverat fru-  
stulum plaudente Bergkio. Nos ferendam orationem esse rati-  
nihil traditae verborum facie detrahere voluimus. Id autem con-  
festim patescit, Archilochi fragmento 141 Bergkii ipsam eam quam  
felicissime recuperavimus attingi memoriam. Exstat illud in erudita  
Aeliani disputatiuncula 'H. A.' XII 9: ὁ δὲ κήκλος ζῷόν ἐστι πτηνὸν  
ἀσθενὲς τὰ κατόπιν . . . κινεῖ δὲ τὰ οὐραῖα πτερά, ὕσπερ οὖν  
ὁ παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ κηρύλος. Praeterea apud Hesychium post  
glossam ἀπταντίτας haec ordine leguntur: ἀπταρύσσεται] πέτε-

<sup>16)</sup> οὗτως scripsi et a sequentibus discrevi: οὗτος Marcianus.

<sup>17)</sup> Interpolata seclusi.

<sup>18)</sup> Addendum hoc exemplum est iis, quae p. 190 et 241 <sup>19)</sup> persecuti sumus.

<sup>19)</sup> Supplevi ex Hesychio s. v.: cf. inferius.

<sup>20)</sup> Cf. Archilochi epigr. XIX B.:

συκῆ πετράιη πολλὰς βόσκονσα κορώνας,  
εὐήθης ξείνων δέκτραια Πασιφίλη.

<sup>21)</sup> Seiunxi lemma.

*ται.* — Ἀπταρεύς] δ ἀπὸ Κρήτης. Ἀπτ(ερ)α<sup>22)</sup> γὰρ πόλις Κρί-  
της. — ἀπτερα] ἰσόπτερα etc. Corrigimus ἀπτερύσσεται et Ἀπτε-  
ρεύς<sup>23)</sup> atque Archilochi esse glossam arbitramur, unde praesens  
«ἀπτερύσσεται» nescimus utrum sit in poetae versu an contra re-  
scriendum. Denique ‘Theophrastum’ dicimus e carmine Archi-  
locheo prompsisse § 16 p. 391 Wimmer.: κορώνη ἐπὶ πέτρας  
κορυσσομένη, ἣν κῦμα κατακλύζει, ὑδωρ σημαίνει· καὶ  
κολυμβῶσα πολλάκις καὶ περιπετομένη ὑδωρ σημαίνει. Emendes  
«πτερυσσομένη», quoniam «κορυσσομένη» nihil videtur: Archilochi  
habes sive verba ipsa sive verborum eius paraphrasin. Hinc tuto  
conligas Archilochum et ipsum a cornicis natura tempestatis finien-  
dae signum petivisse. Saepius autem per carmina Archilochus  
maris pericula descripsit, velut fr. 23 B ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων  
ἐν ἀγκάλαις. Etiam saepius idem poeta a ‘Theophrasto’ ad con-  
cinnandam ‘Signorum’ syllogam videtur adhibitus esse, quamquam  
diserte semel commemoratur § 45 p. 396 W. (= fr. 54 B., supra  
p. 218<sup>a</sup>).

Accepto novo Archilochi fragmento simul nacti sumus egregium  
Aratei loci et auctorem et exemplum. Obsoletum enim verbum  
Archilocheum «ἀπτερύσσετο» Aratus continet, nisi quod numerorum  
causa non ἀπτερύσσονται sed «ἀπτερύονται» scribere ille debuit,  
et eodem praeente Archiloco de cornice, quae e pastu redux  
prae laetitia alas quasset<sup>24)</sup>, loquitur ibidem. Porro haud contem-  
nendum indidem redundat rei criticae emolumentum. Nam cum  
Marcianus ἀπτερρόνται exhibeat et rectius paullo ἀπτερίονται  
et lemma et scholium Marciani (quae attulimus), αἵτ' ἐργονται  
recentiores propagant nonnulli codices et etiam editoribus praeter  
Bekkerum et Buttmannum male imposuerunt, praesertim Vossio.  
Structuram vero obliteravit Buttmannus, postquam ‘καὶ κοπαῖς

<sup>22)</sup> Supplevi: Ἀπταρα editores.

<sup>23)</sup> Nomen urbis in nummis et Ἀπτερα et Ἀπταρα scribitur (Head ‘H. N.’ p. 396). Ἀπτεραῖοι a πτερόν derivati: Pausan. X 5, 9 sq. Strab. X p. 479, 13.

<sup>24)</sup> Alter Leutschus ‘Philol.’ II p. 22: Es muss wohl der κηρύκης von Archilochos ähnlich dem κιγκλός angewandt sein, und da liegt bei der aus den Komikern (cf. Aelian. l. c.) bekannten Weise des κιγκλός nichts näher, als es habe Archilochos in den Schmähgedichten auf Neobule den κηρύκης zu irgend einer obscoenen Bezeichnung benutzt. Liebelius ‘Arch. fr.’ p. 247 de Ceycis fabula ab Archiloco expressa cogitabat.

in versu 1009 commodam rationem reddi posse' negavit prae-propere, et κακκειονσιν pro κελουσι και substituit: *e pastu ad cubile reduces circa arborem, et in illa ipsa considentes, alas con-cutunt.* Mutandi periculo absterrere debebat vel ea res Buttmannum, quod antiqui interpretes scripturam traditam consensu suo firmaverunt. Itaque iusta opus est interpretatione. En loci partitio: gregatim cubitum advolantes cornices Aratus cum mon-strasset, partem iamiam per arboris frondem dicit latitantem (*δενδροειο κατα φλοον*), partem in ramis considentem (*ἐπ' αὐτοῦ*); hue ἑπότροποι (reversae) ἀπτερίονται, illuc ἵχι κελουσι pertinet. Neque aliter quandam Vergilius Aratum intellexit 'Georg.' I v. 411 sqq.

(corvi) saepe cubilibus altis  
nescio qua praeter solitum dulcedine laeti  
inter se in foliis strepitant; iuvat imbribus actis  
progeniem parvam dulcisque revisere nidos.

Qua re cognita exspectamus alterum quoque Archilochi signum celebre et ipsum Arato placuisse adeo, ut aliquo modo in carmine respiceret. Itaque 'Theophrastum' l. c. ἐπὶ κορυφῆς ὅρους νέφος ὁρθὸν στῆ, χειμῶνα σημαίνει. ὅθεν καὶ Άρχιλοχος ἐποίησεν.

Γλαῦχ', ὅρα· βαθὺς γὰρ ἥδη κύμασιν ταράσσεται  
πόντος, ἀμφὶ δ' ἄκρᾳ Γυρέων ὁρθὸν ἴσταται νέφος,  
σῆμα χειμῶνος· (κυκάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος)

conferimus cum his Arati versibus:

σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο καὶ οἰδαίνοντα θάλασσα  
γενέσθω (909. 910).

ἢ νεφέλῃ ὅρεος μηκύνεται ἐν κορυφῆσιν (920)<sup>25).</sup>

Hactenus Archilochea.

<sup>25)</sup> Callimachum Archilochi imitatem ostendit nuper Reitzensteinius 'Ind. lect. Rostoch.' 1890/1 p. 12<sup>o</sup>.



**X. DE APOLLONII CANOBO.**



Videtur demonstrari posse Apollonium Rhodium, quem eundem et fuisse grammaticum et nominatum esse constat, περὶ πέλαιοι carmine quodam Λάρωβος inscripto singillatim nonnulla protulisse. Nec tamen ampliore commentatione supersedebitur.

Duo 'Canobi' Apollonianii fragmenta Stephanus servavit Byzantius, quae quo spectarent non divinavit nec Meinekius (post Lachmanni Babrium p. 169 sqq.) nec Michaelis ('De Apollonii Rhodii fragmentis' p. 6 sqq.). Et alteri quidem fragmento geographus subscriptisit Ἀπολλώνιος ἐν τῷ Καρνίῳ, alteri autem Ἀπολλώνιος ὁ Ρόδιος Καρώνῳ δειτέρῳ, i. e. βῃ ad corrigendam nominis terminationem adiectum, quemadmodum feliciter extricavit Meinekius. «Κτίσεων» syllogae Apollonianae perperam illud quoque carmen inseri paene consuevit. Qua de re Michaelis 'nihil' inquit 'obstare mihi videtur, quominus Κτίσιν fuisse hunc quoque librum iudicemus; laudatur quoque ἐν Καιρῷ pro ἐν Καιροῖς κτίσει.' At non modo favet nihil, sed impedimento esse diversitatem numerorum firmiter contendimus. Urbium conditiones et Argonautica hexametris dactylicis, choliambis 'Canobum', ut Herondas sua et nonnulla Callimachus sed pusilla<sup>1)</sup> tractavit Apollonius.

Canobi herois fata sibi narranda Apollonius proposuerat. Vedit hoc nemodum: at manifestam rem probabimus adintore Nicandro. Nam cum serpentis cuiusdam, qui αἰνοφροῖς vocabatur, morsum Nicander hisce verbis descripsisset 'Theriacorum' v. 295 sqq.

- 298 νύχιατι δ' ἀσχομένη μὲν ἐπιτρέψει ἄγροος οἶδος  
χώρεον· χραδίη δὲ παῖνιν περιτέρφοφει ἄλγος·  
300 γαστήρ δ' ἴδιατέσσου διέσσοντο, πυκτὶ δὲ περώτῃ,  
αἷμα διέξ φυῶν τε και σάγχερος ἵδε δι' ὅτεν  
πιθίεται, γοινίεται νίον περιφριγμένον ἕπει.

<sup>1)</sup> Egit ex. gr. Callimachus carmine choliambico de Thalete astronomo: cf. supra p. 262.

οὐρα δὲ φοινίσσοντα παρέδραμεν· αἱ δὲ ἐπὶ γυναικεῖς  
ώτειλαι ἡγγυννται· ἐπειγόμεναι χρόδες ἀτη.  
905 μή ποτέ τοι Θήλει ἀιμορροΐς ίὸν ἐνείη·  
τῆς γὰρ ὀδαξαμένης τὰ μὲν ἀθρόα πίμπραται οὐλα  
ἡζόθεν, ἔξ οὐνχων δὲ κατεβεται ἀσταγὴς αἷμα.  
οἵ δὲ φόνῳ μυδόεντες ἀναπλείουσιν ὁδόντες

scholiasta ad v. 303 adnotavit αἱ δὲ ὑπὸ γυναικεῖς] αἱ δὲ ὑπὸ τοῖς  
μέλεσιν ὀτειλαὶ ἡγγυννται· εἰπε γάρ, ὅτι ὅλον τὸ σῶμα πελειδνοῦ-  
ται καὶ ὀτειλῶν πληροῦται. ὀτειλαὶ δὲ αἱ πληγαὶ εἰσιν. καὶ  
Ἄπολλάνιος δέ φησι τῶν πληγέντων ὑπὸ αιμορροΐδος  
ἡγγυννοῦσθαι καὶ τὰς ὀτειλάς. Itaque idem iisdem verbis de  
re eadem Nicander scripsit quam ille quisquis fuit Apollonius.  
*Apollonium* scholiasta Nicandri alium non nominat nisi eum,  
qui Περὶ βοτανῶν scripsit (*ad Theriacorum* v. 559, ubi  
codices modo Ἀπολλᾶς modo Ἀπολλάνιος). Itaque quoniam  
Apollonii et Apollodori nomina saepius inveniuntur confusa,  
exorta mihi suspicio est scholiastam καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ  
φησι scripsisse. Conlabitur suspiciunculae fundamentum: Rhodii  
Apollonii carminibus, in quibus data occasione etiam de animalium  
quorundam proprietatibus expositum fuit, scholiasta quoque Nican-  
dreus utitur, velut ad ‘Ther.’ v. 11: περὶ γοῦν τῆς τῶν δακνόν-  
των Θηρῶν γενέσεως, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῶν Τιτάνων τοῦ αἵματος,  
παρὰ μὲν τῷ Ήσιόδῳ οὐκ ἐστιν εὑρεῖν . . Ἀπολλάνιος δὲ ὁ  
Ρόδιος ἐν τῇ τῆς Ἀλεξανδρείας κτίσει ἀπὸ τῶν σταγόνων τοῦ  
τῆς Γοργόνος αἵματος (φησὶ πάντα τὰ δάκνοντα γενέσθαι). Dum-  
modo locus et facultas de αιμορροΐδος morsu scribendi idonea ex  
aliquo Apollonii carmine proferatur, Rhodius Apollonius retinendus  
est omni mutandi misso conamine. Ergo proximos ‘Theriacorum’  
versus cum alio quodam testimonio paullo longius adscito iunctos  
subicimus 309—319:

εἰ δὲ ἔτυμον, Τροίηθεν ίοῦσ' ἔχαλέψατο φύλοις  
310 Αἰνελένη, ὅτε νῆα πολύστροιβον παρὰ Νεῖλον  
ἐστησαν βορέαο κακὴν προφυγόντες ὁμοκλήν,  
ἡμος ἀποψύχοντα κυβερνητῆρα Κάνωβον  
Θώνιος ἐν ψαμάθοις ἀθρήσατο. τύψε γὰρ εὐνῆ  
αὐχέν' ἀποθλιψθεῖσα καὶ ἐν βαρὺν ἥρυγεν ίόν  
315 αιμορροΐς Θήλεια, κακὸν δέ οἱ ἔχραε κοῖτον.  
τῷ δὲ Ἐλένη μέσον ὀλκὸν ἐνέθλασε, θραῦσε δὲ ἀκάνθης

δεσμὰ πέριξ ωταῖα, δάχις δ' ἐξέδραμε γνίων.  
ἐξόθεν αἴμορόι σκολιοπλανέες τε κεράσται  
οἷοι χωλεύοντοι κακηπελῆ βαρύθοντες.

Aegerrime tulisse Helenam Canobi necem etiam alio auctore constat:

ΕΤ. Μ. s. v. Ἐλένειον.

PLIN. N. H. XXI 59.

βοτάνη ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενο-  
μένη. εἴρηται, ὅτι ἐκ τῶν δα-  
κρύων τῆς Ἐλένης ἀνεφύη, ὅτε  
ἐπὶ Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενε-  
λάου (*correxi*: — *os codd.*) ἐδά-  
κρυσεν ὑπὸ αἵμορροΐδος ἀπο-  
θανόντι.

*Helenium e lacrimis Helenae  
dicitur natum et ideo in Helena  
insula laudatissimum (scil. ad  
oram Aegypti).*

‘Canobi’ Apolloniani nos meminimus in tempore. Ex quo argu-  
menti aliquantum offerri a Nicandro concludimus; quoniam, quod  
scholiastae beneficio ex Apollonio cognitum est, id ipsum fere ad  
verbū in Nicandreis versibus iteratur: ὠτειλαὶ δήγνυνται.<sup>2)</sup> Ac-  
cedit confirmatio ab eodem Nicandri interprete, qui Apollonii illud  
servavit fragmentum, suppeditata. Is enim ad v. 309 hanc histo-  
riolam recepit:

ἰστέον δέ, ὅτι ἀπὸ Τροίας ὑποστρέψαν ὁ Μενέλαος σὺν  
τῇ Ἐλένῃ ἐπλανήθη καὶ ἥλθεν εἰς Αἴγυπτον. ὁ γοῦν  
κυβερνήτης αὐτοῦ Κάνωβος ἐξελθὼν [κοιμηθῆναι]<sup>3)</sup> ἐν τῷ  
αἰγιαλῷ ἄκων ἀπεκοιμήθη καὶ ἐπιπέπτωκεν αἵμορροΐδι,  
ἥτις θλιψθεῖσα ὑπὸ αὐτοῦ τὸν αὐχένα καὶ ὀδυνηθεῖσα  
ἐξελθοῦσα ἔδακεν αὐτόν. Θηῆσκοντα οὖν ὑπὸ αὐτῆς τὸν  
κυβερνήτην θεωρίσασα ἡ Ἐλένη καὶ ὀργισθεῖσα ταῖς αἱ-  
μορροΐδīσιν ἔκλασε τὴν ἄκανθαν αὐτῆς καὶ ἐξέβαλε τοὺς  
τῆς δάχεως αὐτῆς σπονδύλους· καὶ ἔκτοτε αἱ αἵμορροΐδες  
καὶ οἱ σκολοὶ καὶ οἱ πλάγιοι κατὰ τὴν πορείαν κεράσται  
κεκλασμένοι εἰσὶ τὰς δάχεις. καὶ ἡ μὲν ἴστορια οὕτως.

Non recte Wellmannus<sup>4)</sup> nihil isti historiolae inesse nisi Nicandrea

<sup>2)</sup> A Wellmanno (‘Hermes’ 1891 p. 323—325) discedimus, qui haud recte Apollodori iologi copiis isto loco Nicandrum sese ditasse credit. Quantum (si forte) nostra ratio ad Apollodorea valeat non augenda sed minuenda, ipse viderit Wellmannus. Aelianus nobis, quae de αἵμορροΐδi habet, e Nicandro et scholiis Nicandreis consuisse videtur ‘H. A.’ XV 13.

<sup>3)</sup> Seclusimus interpolamentum.

<sup>4)</sup> Cf. locum adn. 2 citatum.

putavit, si quidem *in vitum* obdormivisse Canobum tacet Nicander. Nec superfluum aut leve id censemus Canobi gesta persequenti, poetae praesertim, qui illud theriacum sectaretur non ipsius causa, ut Nicander fecit, sed eum ad finem, ne mortis Canobi causa accurate descripta requireretur. Qui si invitus in littore cepit somnum, negotio aliquo, quod in gubernatorem conveniat, defatigatum arbitramur: Palinurum modo Vergilii reminiscere. Fingi mente plura possunt: reficiendis navium fracturis occupatum novo infra testimonio sumus cognituri. Denique, ne amplius quid dubites, in eandem iterum atque saepius incidimus historiolam, sed copiosius excerptam. Ecce Cono Photii VIII p. 8 editionis Hoeferi (Gryph. 1890):

*Κάνωβος ἡ Θεονόη.*

ἡ ὄγδοη διηγεῖται τὰ περὶ Πρωτέως τοῦ Αἰγυπτίου μάντεως, οὐκ ἡ θυγάτηρ Θεονόη ἐρασθεῖσα Κανώβου (ἢν δ' οὗτος κυβερνήτης Μενελάου τοῦ Ἀτρέως) ἀποτυγχάνει. καὶ ὡς ὁ Κάνωβος καλὸς καὶ νέος ἀπαίροντος Μενελάου ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Ἐλένης καὶ προσορμισαμένων τῇ γῇ ὑπὸ ἔχιδνης δηχθεὶς καὶ σαπεῖς τὸ σκέλος μετ' οὐ πολὺ θνήσκει. καὶ Μενέλαος καὶ Ἐλένη θάπτοντιν αὐτὸν ἐπ' Αἰγύπτου, οὐκ ὅτι ἐπώνυμος ψυσται πόλις. καὶ τῶν τοῦ Νείλου στομάτων τὸ τελευταῖον ὁ Κάνωβος ἡ Κανωβικὸν ἐκ τοῦ κυβερνήτου τὴν ὄνομασταν ἔλκει.

Apollonii carmini utramque vindicamus eclogam eo libentius, quod et Cono<sup>5)</sup> et Nicandri interpres aliorum Apollonii carminum sive argumenta sive fragmenta exhibent. Canobum igitur Apollonianum Theonoe Protei filia adamavit. Quod credimus contra disertum Euripidis testimonium non sine consilio potuisse obverti, qui ‘Heleneae’ v. 1006 sqq. Theonoam ipsam haec dicentem inducit:

ἡ Κύπροις δ' ἔμοι  
ἴλεως μὲν εἴη, συμβέβηκε δ' οὐδαμοῦ·  
πειράσομαι δὲ παρθένος μένειν ἀεί<sup>6)</sup>.

Amavit frustra Theonoe, vel potius — acriter si intueare Cononis verba — tulit repulsam (*ἀποτυγχάνει*). Numinis igitur vel mulieris

<sup>5)</sup> Knaack ‘Callimachea’ (Progr. d. Marienstiftsgymn. zu Stettin) 1887 p. 14—16; Hermes 1888 p. 141.

<sup>6)</sup> Ultimus versiculus pro spurio haberi solet.

ipsius vindictam quis est quin exspectet? Solent dii bestiarum in nocentes uti sive morsu sive ictu, velut Diana contra Orionem excitat scorpium. Ergo anguem Canobo aut numinis alicuius aut ipsius Theonoae voluntate et iussu immissum efficiendum esse facile nobis persuasimus.

Verum ad Apollonii, inquies, 'grammatici' περὶ πόλου scriptiōnēm quid Apollonii Canobus quamvis ex parte restitutus? Canobus etiam stellae nomen! De qua quid fabulati sint, Posidonius (hunc enim auctorem statuimus) subindicat:

GEMINUS p. 13 D. SCHOL. MARC. ARAT. EUSTATH. ad Dionys.  
v. 351. v. 11 p. 219 M.

ὅ δὲ ἐν ἄκρῳ τῷ Πηδαλίῳ τῆς Ἀργοῦς κεῖται μέκειμενος λαμπτόδος ἀστὴρ Κάνωβος ὄνομάζεται. οὗτος μὲν ἐν Ρόδῳ δυσθεώρητός ἐστιν, ἡ παντελῶς ἀφ' ὑψηλῶν τόπων ὁρᾶται· ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δέ ἐστι παντελῶς ἐμφανής· σχεδὸν γὰρ τέταριν μέρος τοῦ ζῳδίου ἀπὸ τοῦ δρίζοντος μετεωρισμένος φαίνεται.

ἐπ' ἄκρον δὲ τοῦ Κανώβον ἐκ δὲ τοῦ Κανώβον ἔκεινον τοῦ κυβερνήτου καὶ ἀστὴρ ἐκεῖ πον φαινόμενος Κάνωβος ἐπωνόμασται, ἀφανῆς μὲν τοῖς ἐν Μενελάου. οὐ μημονεύει δὲ τοῦ ἀστέρος ὁ Ἀρατος· οὐδὲ γὰρ κατὰ τοὺς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπους, οὐδὲ τοὺς ἔτι βορειοτέρους ἐπέχει τόπους, ἀλλ' ἐστὶν ἀφανῆς, ὑπὸ γῆν φερόμενος. φαίνεται δὲ πρῶτον ἀπὸ Ρόδου τοῖς ἐπ' Αἴγυπτον πλέοντι καὶ τοῖς Ἰδῃοταίταις οἰκείοις διὰ τοῦ Νείλου πρὸς Αἰθιοπας ἀνιοῖστιν.

τοῖς ἐπ' Αἴγυπτον πλέοντι καὶ τοῖς Ἰδῃοταίταις οἰκείοις διὰ τοῦ Νείλου πρὸς Αἰθιοπας ἀνιοῖστιν.

Quibus ipsis Posidonii subicimus eclogam Strab. II p. 119, 14: Ποσειδώνιος δ' ἐκ τινος ὑψηλῆς οἰκίας ἐν πόλει (Rhodiorum) διεκούσῃ τῶν τόπων τούτων ὅσον τετρακοσίους σταδίους φησὶν ἰδεῖν ἀστέρα, ὃν τεκμαίρεσθαι τὸν Κάνωβον αὐτὸν ἐκ τοῦ τε μι-

κρὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας προελθόντας ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ὁμολογεῖν ἀφορᾶν αὐτὸν καὶ ἐκ τῆς ιστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ. τὴν γὰρ Εὔδόξου σκοπὸν οὐ πολὺ τῶν οἰκήσεων ὑψηλοτέραν εἶναι, λέγεσθαι δ' ὅτι ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ἀφεώρα τὸν Κάνωβον ἀστέρα, εἶναι δ' ἐπὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κλίματος τὴν Κνίδον, ἐφ' οὐ καὶ τὰ Γάδειρα καὶ ἡ ταύτη παραλία. Accuratus paullo quam Eudoxus et Posidonius de huius stellae regione Hipparchus exposuit: cf. cap. VII ecl. XLIX<sup>1)</sup>. Canobus igitur iam et Cnidi visibilis erat Graecis et Rhodi, sed circa Aegyptum notissimus. Inde est, quod heros ille aegyptius a Graecis loca ista incolentibus susceptus et ad caelum (nescimus quando, sed non ante Eudoxi tempora: cf. ecl. XLIX) relatus est. Quae cum ita sint, catasterismum Canobi nonne carmine patescit Apollonium tractavisse?

Tandem ad Dionysii Periegetae interpretem accedimus:

SCHOL. p. 432 M.

ὅ δὲ Κάνωβος κυβερνήτης ἦν Μενελάον. μετὸ γὰρ τὴν τῆς Τροίας ἄλωσιν τοῦ Μενελάου ἀποπλανηθέντος [πρὸς τὰ τῆς Αἴγυπτου μέρη]<sup>2)</sup> καὶ τοῦ αὐτοῦ κυβερνήτου ἀποτυγέντος, τοῦ Φρόν-

EUST. p. 219 M.

δτι μετὰ Φρόντιδος Θάνατον (κυβερνήτης δὲ ἀριστος Μενελάου ὁ Φρόντις, νιὸς Ὄνητορος) ἔξωσθέντες ἀνέμῳ βορῷ οἱ περὶ τὸν Μενέλαον προσίσχοντι τῇ Ῥόδῳ ὑπὸ κυβερνήτῃ ὅντες τῷ Άμυκλαῖ φ Κανώβῳ. τῶν δὲ Ῥοδίων τῆς Ἐλένης καταδραμόντων (περιηλθε γὰρ αὐτοὺς μηνῆι ὥν ἐν τῇ Τροίᾳ κακῶν

<sup>1)</sup> Falso igitur Manilius quoque I v. 215sqq.:

*idcirco terris non omnibus omnia signa  
conspicimus. nusquam invenies fulgere Canorum,  
donec Niliacas per pontum veneris oras.*

[Sero altera ipsius Posidonii ecloga nobis sese obtulit apud Cleomedem p. 92 Ziegl.: . φησὶν ὁ Ποσειδώνιος, ὅτι <ὅ> Κάνωβος καλούμενος ἀστὴρ λαμπρότατός ἐστι πρὸς μεσημβρίαν ὡς ἐπὶ τῷ Πηδαλίῳ τῆς Ἀργον. οὗτος ἐν Ἑλλάδι οὐδὲ ὄλως ὀρᾶται· ὅθεν οὐδὲ ὁ Ἀρατος ἐν τοῖς Φαινομένοις μιμησκεται αὐτοῦ. ἀπὸ δὲ τῶν ἀρχιτεκτῶν ὡς πρὸς μεσημβρίαν ἰοῦσιν ἀρχὴν τοῦ ὀρᾶσθαι ἐν Ῥόδῳ λαμβάνει καὶ ὄφθεις ἐπὶ τοῦ ὀρίζοντος εὐθέως κατὰ τὴν στροφὴν τοῦ κόσμου καταδένεται. ὅπότεν δὲ τοὺς απὸ Ῥόδου πεντακισχιλίους σταδίους διαπλεύσαντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενώμεθα, εὑρόσκεται ὁ ἀστὴρ οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑψος ἀπέχων τοῦ ὀρίζοντος, ἐπειδὴν ἀκριβῶς μεσονορατήσῃ, τέταρτον ζῳδίου κτλ. Addidit alia testimonia Bakius ‘Posid. Rhodii reliquia’ p. 75 sq.]

<sup>2)</sup> Seclusimus interpolamentum.

*τιδος, διαδέχεται τὴν ναῦν Κάνωβος, ὅστις καὶ πολλὰ διατρίψας ἐν Αἴγυπτῳ ναυπηγῶν τὰ σκάφη ὑπὸ δύφεως πληγεὶς τελευτᾷ. ὃν θάψας ὁ Μενέλαος πόλιν εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἰδρύσατο, ἔσας τὸ ἀχρειότατον τοῦ στρατοῦ μέρος οὐκεῖν τὴν πόλιν καὶ τινας Αἴγυπτίους.*

*ἐπαθον δι' αὐτήν) φεύγοντι μὲν ἐκ τῆς Ρόδου οἱ ἀμφὶ τὸν Μενέλαον, κατάγονται δὲ εἰς Φοινίκην, ὅθεν εἰς Αἴγυπτον. οὗ δὴ ἀκεσάμενοι τὰ σκάφη καμόντα τῇ δυσχερείᾳ τοῦ πλοῦ διέτριψον χρόνον τινά, ἐν ὧ Κάνωβος ἀποθνήσκει. ὃν θάψας ἐντίμως ὁ Μενέλαος συνοικίζει πόλιν ἐπὶ τῷ μνήματι τοὺς ἀχρειότατους τοῦ στόλου ἀφείς μένειν ἔκει καὶ τὴν πόλιν ἐπ' αὐτῷ Κάνωβον ὄνομάζει.*

Canobum eluceat non inde ab ora Troiana sed haud ita multum ante Rhodi portum mortuo in ipso itinere Phrontide navem gubernandam accepisse. Phrontin ubi amissum fecerit eclogae auctor, non liquet. Odysseam vix fuerit secutus, quippe quae prorsus aliam Menelai itineris regionem contineat III v. 278 sqq.<sup>9)</sup> Gubernavit Canobus, donec in littore Aegyptio (serpentis morsu haud dubie, etsi non dictum est) moritur repente. Iam vide: plane ut gubernator Menelai navem inde a regione Rhodia in Aegyptum direxit, ita quasi dux Canobus stella eos comitatur, qui Rhodi relicta petunt Aegyptum. Contendimus igitur fabellam interpretis Dionysiani e stellae positione caelesti et natura effectam et in catasterismum primitus terminatam fuisse (quae subiecit ipse Eustathius de stella, ea, etsi egregie quadrarent, videntur referenda tamen esse ad Posidonium; vide superius) nec dubitari posse putamus, quin coniungendae hae eclogae sint cum ceteris, quas adposuimus. Hinc igitur Apolloniani carminis narratio quadamtenus redintegratur<sup>10).</sup>

<sup>9)</sup> ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἤρδεν ἀφικόμεθ', ἀχρον Ἀθηνέων,  
ἔνθα κυβερνήτην Μενελάον Φοῖβος Ἀπόλλων  
οἵσ αγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν,  
πηδάλιον μετὰ χερσὶ θεούσης ηδὸς ἔχοντα,  
Φρόντιν Ὄνητοριδην.

Sunii Phrontin sepelivit Menelaus. Hecataeus unum Canobum inde a littore Troiano extitisse Menelai gubernatorem videtur dixisse: cf. Diels I. infra c. De stella apud Hecataeum nihil erat dictum.

<sup>10)</sup> Plut. 'De Iside et Osiride' c. 22 p. 359 Ε κυβερνήτην Κάνωβον (ὄνομάζοντα), οὗ φασιν ἐπώνυμον γεγονέναι τὸν ἀστέρα. Ceteros de Canobo

Tantum de excerptis. Iam vero tentandum, ut tres 'Canobi' versiculos a Stephano traditos videamus quo pertineant. Et primus quidem de herois fortasse sacro dictum erit Steph. s. v. Κόρινθος] .. καὶ σύνθετον κορινθιουργής, ὡς ἀττικουργής. Ἀπολλώνιος ὁ Ρόδιος 'Κανάβη' · «κορινθιουργές ἐστι κιόνων σχῆμα». Nam monumentum Canobi in ea insula, cui dedisse nomen ferebatur, existisset et in ipsius Apollonii eclogis et in Dionysio, Periegeta Phario, v. 13 legitur: «καὶ τέμενος περίτυπτον Ἀμυκλαῖοιο Κανάβου». Ceteros versus ad stellam nautarum ducem ab Aegypto septentrionem versus in regionem Rhodiam vectantium spectare dixerimus: Steph. s. v. χώρα] .. χωρίτης, ὡς ἀπὸ τοῦ ἔδρα ἔδριτης .. καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ 'Κανάβῳ'.

τέρψει δὲ νηῶν ὁ γλυκὺς σε χωρίτης  
πλόος κομίζων δῶρα πλούσιον Νεῖλον.

«χωρίτης» codices, emendavit Meineke, quamvis suam ipse emendationem nobis videtur non recte interpretatus esse. χωρίτης 'terrestris' oppositus ei est, qui in mari versatur. Is igitur quem delectat ὁ γλυκὺς χωρίτης πλόος κομίζων δῶρα πλούσιον Νεῖλον navigat neque immoratur in terra amplius. Hinc Meinekii explicationem aberrare a probabilitate iudicabis: *Oblectabit te, inquit, in continenti littore versantem iucunda navium transvectio Nili adportans munera. Describere videtur Canobici ostium prospectum navigiorum transvectione prae ceteris Nili ostiis frequentati.* V. Strabon. p. 801. Si quis «χωρίτης» retinere maluerit, is χωρίτην πλοῦν, eum qui in Nilo fit, opponat necesse est τῷ θαλασσίῳ et de Canobi cogitet non stella sed persona in urbe cognomine constituta.

---

locos (unde nihil discas) Noackius indicavit 'Iliupersis', Gissae 1890, p. 93 adn. Fabulae formam quae apud Hecataeum fuerit, Dielesius 'Hermes' 1887 quaequivit. — Disci ictu Menelai culpa occubuit Heraclidi leschographo Canobus: quod ad Hyacinthi exemplum novatum esse vidit Meinekius 'Anal. Alex.' p. 380. — Quae Et. M. s. v. Φάρος tradidit (ὁ δὲ Ὡρος λέγει, δτι τῇ Καρλα προσπλεύσαντος Ἀλεξανδρον ἡ Ἐλένη παρεκάλει Φάρον τιὰ κνβερνήτην, Κάρα τῷ γένει, διασώσαι αὐτὴν εἰς Δακεδαλμονα· καὶ τοῦτον ἀναλαβόντα αὐτὴν ἀπορριφῆναι εἰς Αἴγυπτον· ἐνθα ὑπ' ὅρεως πληρέντα ἀποθανεῖν. θάψασσα δ' αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ Φάρον ὠνόμασεν) dempta Canobo et ad Pharum translata videntur. Fortasse cum Etymologo Aelianus 'H. A.' IX cap. 21 et Hesychius s. v. 'Ἐλένιον copulandi sunt. Cf. Wellmann. p. 343.

Canobus nominari stella non potuit, antequam fluvii sidus, cuius illa est, Nilus adpellaretur: 'Catast.' p. 178 ὑπόκειται δὲ αὐτῷ καὶ ὁ καλούμενος ἀστὴρ Κάνωβος, ὃς ἐγγίζει τῶν πηδαλίων τῆς Ἀργοῦς. τούτου δὲ οὐδὲν ἀστρον κατώτερον φαίνεται· διὸ καὶ Περιγειος καλεῖται. ἔχει δὲ ἀστέρας . . . ἐπὶ τῆς τρίτης (καμπῆς) ἔως τῶν ἐσχάτων ζ', ὡς φασιν εἶναι τὰ στόματα τοῦ Νείλου<sup>11)</sup>. Eudoxus non Nilum sed Fluvium (*Ποταμόν*) cum illud sidus vocaret (cf. cap. VII), ne 'Canobi' quidem cognovisse significationem censendus est. Ac reapse dixit in ecloga XLIX cap. VII exscripta proprio nimirum nomine deficiente: «ὅς ἐξ Αἴγυπτου ὁρώμενος ἀστήρ». Vel hinc manifestum, quod elucet ultro, Aegyptiorum sive ipsorum sive graecissantium vel Rhodiorum solemnem sed recens ortam denominationem Apollonium excepisse. Probabilius vero auctores dicemus Rhodios, si quidem per Rhodios fere scriptores ad posteros nomen illud propagatum est: Apollonium Hipparchum Posidonium. Alexandrini 'Πτολεμαῖον' potius vocasse stellam videntur: cf. schol. German. p. 175 Breys., Martian. Capell. VIII 838 p. 310 Eyss.

Sed insunt in narratione, quae ipse de suo periclitatus esse iudicabitur. Aegyptum Helenam cum Menelao adiisse notum est ex Odyssea, at Rhodo profectam nemo praeter Apollonium est qui noverit. Quid? quod Rhodia quaedam ferebat fabula, necatam Helenam a Rhodiis obiisse in insula. Id ex parte retinuit ipse Apollonius. Ita ille in ecloga Eustathiana: τῶν δὲ 'Ρόδιων τῆς Ἐλένης καταδραμότων (περιῆλθε γὰρ αὐτοὺς μνήμη ὡν ἐν τῇ Τροίᾳ κακῶν ἐπαθον δι' αὐτήν) φεύγοντι μὲν ἐκ τῆς 'Ρόδου οἱ ἀμφὶ τὸν Μενέλαον κτλ'. Iam vero Pausaniam conferas III 19, 9 sqq.: 'Ρόδιοι δὲ οὐχ ὅμολογοῦντες Αἰακεδαιμονίοις φασὶν Ἐλένην Μενέλαον τελευτήσαντος, Ὁρέστον δὲ ἔτι πλανωμένον, τηνικαῦτα ὑπὸ Νικοστράτου καὶ Μεγαπένθους διωχθεῖσαν ἐς 'Ρόδον ἀφικέσθαι Πολυξοῖ τῇ Τληπολέμον γνωτικὶ ἔχουσαν ἐπιτηδείως· εἶναι γὰρ καὶ Πολυξὼ τὸ γένος Ἀργείαν, Τληπολέμῳ δὲ ἔτι πρότερον συνοικοῦσαν φιγῆς μετασχεῖν τῆς ἐς 'Ρόδον καὶ τῆς νήσου τηνικαῦτα ἀρχειν ὑπολειπομένην ἐπὶ ὁρφανῷ παιδί. ταῦτην τὴν Πολυξὼ φασιν ἐπιθυμοῦσαν τιμωρήσασθαι τελευτῆς τῆς Τληπολέμου τότε, ὡς ἔλαβεν ὑποχείριον, ἐπιπέμψαι οἱ λονομένη θεραπατίνας Ἐρι-

<sup>11)</sup> Cf. 'Analecta Eratosthenica' p. 136<sup>120</sup>.

νύσιν εἰκασμένας. καὶ αὗται διαλαβοῦσαι δὴ τὴν Ἐλένην αἱ γυναικες ἀπάγχουσιν ἐπὶ δένδρον. καὶ ἐπὶ τούτῳ Ρόδοις Ἐλένης ἴερόν ἔστι ‘Λενδρίτιδος’.<sup>12)</sup> Novicia narrationis involucra si detraxeris: Polyxena (Orci ut putamus regina) non personatis sed ipsis Erinysi interficiendam Helenam Rhodi olim curavit. Mortuam Rhodii et Ἀπαγχομένης et Λενδρίτιδος nomine colebant religiose.<sup>13)</sup> Sed haec in transcurso. Rhodium fabulam cum epica Apollonius ita commisicuit, ut tertiam crearet eamque ad inlustrandum Canobi catasterismum aptissimam. Rhodi igitur cum ille versaretur, putandus est choliambicum de Canobo carmen composuisse. Poterat ei praeter Aratum exemplo esse Berenica Callimachi. Erigonam vero Eratosthenis insequens demum tulit aetas. Ignoti poetae Phaethontem Apollonii fere tempori recte vindicavit Knaackins<sup>14).</sup>

Illud penitus compertum est, inter τοὺς περὶ τοῦ πόλου συντάξαντας ‘Apollonium grammaticum’ Rhodium posse iure recenseri. Ergo catalogi a nobis capite III refecti fidem denuo sumus experti luculenter.

Argumentum Canobi Apollonianum erat hocce: Phrontide Menelai gubernatore undis hausto Canobus Amyclaeus suffectus Rhodi navem adpellit, ubi Helenae Rhodii instigatrice Polyxena Tlepolemi uxore insidiati in mare reiciunt advenas. Post varios illi errores oram Phoeniciam transvecti tenente gubernaculum Canobo tandem Nili ostia nanciscuntur. Egressi in terram apud Thonin Aegyptiorum regem sese e diurno labore recipiunt. Tum Canobi amore, per pulchri iuvenis sed fastidiosi, Theonoe, Protei vatis filia, capit: nec tamen voti fit compos, sed superbe repellitur. Hinc numinis

<sup>12)</sup> Ptolemaeus Chennus cum dicit IV p. 189 West. περὶ τῆς Ἐλενεῖον βοτάνης, ἥ ἐν Ρόδῳ φύεται, ὅτι τε ἀπὸ τῆς Ἐλένης ἐπωνυμάσθη (παρὰ γὰρ τὴν δρῦν ὧφθη φυεῖσα, ἀφ' ἣς ἔστητον ἀπῆγεν Ἐλένη) καὶ ὡς οἱ φαγόντες αὐτῆς πάντως εἰς ἔριν καθίστανται, praeter solitum fere tradidisse verum hoc certe loco putandus est. Perraro id ille fecit.

<sup>13)</sup> Ἀπαγχομένην quid sibi velle dicant recentiores, exposuit Immerwahrius ‘Die Kulte und Mythen Arcadiens’ I p. 159. Nobis et Helena et Diana ‘suffocata’ vocari videtur ideo, quod ‘suffocatrix’ utraque credebatur. Erravit Immerwahrius l. c.

<sup>14)</sup> ‘Quaestiones Phaethontae’ p. 65 sq. Sol Phaethontis pater Rhodius videtur esse. Itaque Apollonium Ρόδον κτίσιν versibus confecisse in tempore fortasse meminimus.

ira oborta. Itaque Canobus, dum reparandis navibus operam in littore impendit, opificio defessus indormiens *αἱμορροΐδος* morsu occubuit repente. Vehementi autem dolore Helena oppressa spinam fregit serpenti, ne moveri in posterum citatius posset. Evenit insuper, ut helenium herba e lacrimis Helenae tunc enata remedium veneno fieret idoneum. Monumentum Menelaus gubernatori exstruxit in ea insula, cui ille nomen commodavit, columnis ornatum; ipsum Canobum Iuppiter — vel si quis fuit alter — inter stellas constituit, ut lucem praeferret Rhodo Aegyptum potentibus, non aliter quam Canobus iter Menelao et Helenae per easdem olim regiones monstraverat gubernans.

---



XI. ANECDOTA BASILEENSIA ET LAURENTIANA.



Libro absoluto latinis in Germanici Aratea praefatiunculas nondum impressas e membrana vetusta Basileensi tandem cognovimus. Deterruerat antea ab his opusculis et editores Germanici et codicum conlatores ad unum omnes hodieque deterret sermo non latinus sed barbare balbutiens, ac ne id quidem adlexit, quod pretiosam Arati Vitam in eandem fere barbariem conversam primum Iriartius bibliothecarius Matritensis e Matritensi Germanici libro, post eum optime aliis quoque codicibus adsumptis Breysigius in programmate Erfordiano a. 1870 promulgarunt. Invasimus nos illud translationis monstrum imperterriti et omnia tria capita Basileensia ad finem usque descriptimus primum taedio victi et fastidio, exhilarati paullo post quodam impensi laboris eventu, postremum novis nonnullis repertis obstupefacti et paene oppressi. Promimus ex apographo nunc ea, quae longe gravissima sunt et huius libri argumento apta omnino, ut simul codicum Germanici quoscunque simile quid complecti constat — enumeravit plerosque in editione Breysigii diligentia — facilius perscrutandorum aliis praebeamus materiam. Rogamus enim vehementer, ne amplius ista, qui in bibliothecis conferendis codicibus occupantur, contempta praetereant.

Codicem Germanici Basileensem saeculo octavo olim tribuit M. Hertzius, cum et carmen Caesaris et scholia tractaret.<sup>1)</sup> Praefixa haec sunt carmini: 1) Fol. 2<sup>a</sup> *Alia descriptio praefationis.* Continet alternam siderum positionem. Qua fol. 3<sup>a</sup> absoluta Erato-

---

<sup>1)</sup> Cf. Breysigii ‘De P. Nigidii Figuli fragmentis apud scholiastam Germanici servatis’ diss. p. 6 et editionis Germaniceae praefationem p. XIII sqq., denique Eyssenhardt. Martian. Capell. praef. p. LXII sqq.

sthenica et Hipparchea siderum enumerationes adhuc ineditae ex parte subiciuntur. 2) Fol. 3<sup>b</sup> Praefatio in Aratum titulo destituta a verbis *ostensionem quoque de quibus videntur oportet fieri incipiens*. Initium Breysigius adscripsit p. XIV sq. et cum graeco exemplari e codice Vaticano 191 (V; cf. p. 9 sqq.) fol. 207 apud Victorium et Petavium edito comparavit<sup>2)</sup> Ἐρατοσθένους, ἐν ἄλλῳ Ἰππάρχου εἰς τὰ Ἀράτου Φαινόμενα inscripto. Sed facile perspicitur, interpretem latinum ob argumenti copiam iis praestare, quae publici iuris facta sunt<sup>3)</sup>. Ineditum igitur adhibebimus graecae disputatiunculae exitum compluribus recentis memoriae codicibus servatum:

1. LAURENTIANO LXXXVII 10 (L<sup>b</sup>) saec. XIV fol. 182—183<sup>a</sup>; sine titulo libellum exhibet. Cf. 'Hermes' 1884 p. 108.
2. LAURENTIANO XXVIII 37 (L<sup>c</sup>) saec. XV fol. 1; τῶν Ἀράτου Φαινόμενων προοίμιον titulus.
3. BAROCCIANO 119 (B) saec. XV fol. 113<sup>a</sup>—116<sup>a</sup>; εἰς τὰ τοῦ Ἀράτου Φαινόμενα titulus.
4. MATRITENSEM 67 Iriartii ('Catalogus codicum graecorum bibliothecae Matritensis' p. 239) ipsi non vidimus: cf. Westermann 'Biogr.' p. IX et Bergkii 'P. L. G.'<sup>4</sup> III p. 175.

*ergo in id ipsum totam terram stadiorum dena milia XXV. et hoc «verbum a patribus terminatum» secundum Alcaicum, et ita habere constat.*

*quae ergo demonstrata sunt mihi de quibus videntur mei*

συνάγεσθαι οὖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ  
ὅλης τῆς γῆς σταδίων μυριάδας  
κε' καὶ β'. καὶ τάδ', «ώς λόγος  
ἐκ πατέρων ὅρωρε» κατὰ τὸν  
Ἀλκαιὸν (fr. 71 B.), καὶ οὗτως<sup>5</sup>  
ἔχοντα τυγχάνει: —

τὰ μὲν οὖν ὑπεσχημένα μοι

3 ,β ς ε L<sup>b</sup> || τὰ σ' ὡς λόγος L<sup>b</sup> || 7 ὑπεσχηματισμένα L<sup>b</sup>.

<sup>2)</sup> Duo errata Breysigii apographum obsident: p. XV l. 4 post *terminat* inseras *circuit autem sub quo terminatur* (quod graecis respondeat περιέχεται δὲ ὑπὸ τοῦ ὁρίσοντος) et l. 12 *caput* scribas pro *capud*.

<sup>3)</sup> Vitam Vossianam in aliquo Germanici codice nos latere putamus, fortasse in Puteaneo, qui Parisiis asservatur. Cf. p. 244<sup>16</sup> et Breysigii de Nigidio libellum p. 373 adnotatiuncula 1 commemoratum. Apographum Puteanei Heinsianum Berolinense (inter Dizianos codices B Sant. 94) 'Arati Genere' Puteaneo caret.


*collectio haec est. si autem constiterit ratio, et caeterorum 10 huius facturae adimplebo verbum, ut dixi, secundum factoris fundamentum, ut nihil te latere possit, quorum ab eo dicta sunt.*

*περὶ τῆς τῶν Φαινομένων εἰσαγγῆς ταῦτ’ ἔστιν. εἰ δὲ προσπέσοι τὸ συνταξίδιον, καὶ τὸν ἔξης τοῦ ποιήματος προσαπόδωσα λόγον, ὡς ἔφη, κατὰ τὸ τοῦ ποιητοῦ θεμέλιον, ὅπως μηδέν σε λανθάνῃ τῶν παρ’ αὐτοῦ εἰρημένων.*

8, 9 συναγωγῆς L<sup>b</sup> || 9, 10 προσπέσει L<sup>b</sup> || 10 συνταξίδιον BL<sup>c</sup>, συντάξει δέον L<sup>b</sup> || 12 τὸν BL<sup>b</sup> L<sup>c</sup> || 14 λανθάνη BL<sup>c</sup> || 14, 5 αὐτῷ L<sup>b</sup>.

His verbis olim interpretis Aratei opusculum conclusum est. Nam pollicetur scriptor, si modo placuerit Isagoga (*εἰ προσπέσοι τὸ συνταξίδιον*), ordine postmodo sese carmen ipsum enarraturum. Recte igitur in verba ista cum graeca exennt in iis, quos enumeravimus, quattuor codicibus, tum latine translata. Praeterea quae proxime subinduntur in libro Basileensi, etsi ne linea quidem interrupta continuantur, aperte tamen ceteris aliena sunt. Atque existant eadem praemissis longe aliis quibusdam iterata in prioris praefatiunculae Basileensis fine: vel hinc manifesto res confecta. Unus Vaticani librarius non modo semovit quae modo adposuimus sed adiunxit quoque bene nexo disputandi filo capita nonnulla in ceteris codicibus praetermissa, quae apud Victorium et Petavium illinc impressa invenies. Quibus perpensis existimamus

- 1) duo esse genera codicum discernenda, quorum tamen neutro opusculum continetur plane integrum;
- 2) alterius generis (quod multis est codicibus traditum) esse quidem interpretem latinum, sed proprius ad L<sup>b</sup> libri varietatem scripturae quam ad ceteros accedere, ut hoc fere stemma tuto conficias:



**Isagogam Anonymi falso sive Eratostheni sive Hipparcho inscriptam genuinae et eximiae quaedam Eratosthenis et Hipparchi eclogae (I<sup>a</sup>b) excipiunt,<sup>4)</sup> deinde varia Aratea itidem, ut leguntur in codice, simul cum prioris praefationis excerpto (II) nobis edenda. Solam mutavimus interpunctionem. Quibus fontes et graeca exempla si quae noveramus addidimus. Nonnulla cum alibi nusquam reperiantur, ut sunt scripta barbare, non valimus intelligere. In his igitur opperendum erit, dum nova interpretationis adminicula contigerint.**

Singulare vero et unicum nobis edendi prioris anecdoti subsidium in codice occurrit Laurentiano LXXXVII 10 (L<sup>b</sup>). Ubi cum post absolutam de Arato disputatiunculam, ex qua nonnulla modo attulimus, fol. 183<sup>a</sup> subnecti olim enotassemus nullo spatio interposito nomina siderum in utroque hemisphaerio visibilium, sed non exscripsissemus: inventis nunc Eratosthenis et Hipparchi catalogis statim oborta nobis est suspicio, sive cum altero utro indice sive cum utroque L<sup>b</sup> aliquo modo coniungendum esse. Igitur sine mora rogatus a nobis Susemihlius, dum Florentiae versatur nuperime, Hieronymi Vitellii, viri inter paucos experti prompti officiosi, apographum transmisit diligentissime confectum. Ne plura: mutilam Basileensis barbariem supplevimus emendavimus intelleximus Laurentiani adiumento. Sed etiam Basileensis vel utilior nunc quidem nobis videtur, quam visus est antea, quoniam non modo habet quae socordia scribarum hodie patet illic suppressa esse sidera, verum unus idem praescripta Eratosthenis et Hipparchi nomina et auctoritatem servavit. Consociatis Basileensibus et Laurentiano anecdotis siderum indices Eratosthenis et Hipparchi genuini quadamtenus renovabuntur.

---

<sup>4)</sup> Hinc falsa fortasse explicatur Vaticanus inscriptio. De qua mira molitus est C. Manitius 'Des Geminos Isagoge' in 'Commentationibus Fleckeisenianis' p. 103. Scriptor 'Isagogae' mathematicus erat Arateis studiis deditus recentioris aetatis, Theoni aequiparandus: cf. Herm. l. c. 'Analecta Eratosth.' cap. I passim.

## LAURENTIANUS.

5 βόρεια·

Ἄρκτος μεγάλη, Ἄρκτος μικρά,  
Οφις ὁ δι' ἀμφοτέρων τῶν  
Ἄρκτων, 4. Κηφεύς, Περσεύς,  
Ἀνδρομέδα, Κασσιέπεια, Ὁρεις,

- 10 9. Λύρα, Ἐγγόνασι, Στέφανος,  
Ἄρκτοφύλαξ, Ἕντοχος ἐφ' ὃ  
Αἱξ Ἔριφοι, Δελτωτόν, Ἰππος,  
Ὀιστός, Άετός, Ὁφιοῦχος,  
Προκύνων, Καρχίνος, Λέων, Παρ-
- 15 θένος, Χηλαί, Σκορπίος, Τοξότης, Αἰγόκερως, Ὑδροχόος, Ἰχθύες,  
Ταῦρος, Κριός, Αἰδυμοί.

νότια δέ·

Ωρίων, Κῆτος, Δελφίς, Ὅδρος  
ἐφ' ὃ Κρατήρα καὶ ὁ Κόραξ,  
Κύων, Θυτήριον, Κένταυρος  
ἐφ' ὃ Θηρέον, Λαγωός, Ἀρ-

γώ, Ποταμός, Ἰχθύες, ἀστέρες  
πέντε πλανῆται.

16, 7 ἰχθύες codex || 24 ἰχθῦς codex.

BASILEENSIS I<sup>a</sup> fol. 6<sup>a</sup>.

Eratosthenis 'De circa exornatione stellarum et ethymologia de quibus videntur'.  
haec autem sunt ad aquilonem:

1. Septentrio maior, Septen-  
trio minor, Serpens inter Ur-  
sus que Septentriones, 4. Cae-  
pheus, Perseus, Andromeda,  
Cassiepia, Cycnus, 9. Fidicula,  
Ingenu, Corona, Arcturi cu-  
stus, Agitator,  
Deltoton, Equus, Tela, Aquila,  
Serpentarius, Antecanis, Can-  
cer, Leo, Virgo, Librem, Scor-  
pio, Sagittarius, Capricor-  
num, Aquarius, Pisces, Tau-  
rus, Gemini.

favonii:

Incolo, Caetus, Delfinus, Hy-  
drus in qua Urceus et Cor-  
vus, Canis, Bestia,  
Centaurus, Laepus, Navis,  
Fluvius, Pisces, V stellae er-  
raticae.

1 erat osthenis || 4 vertit τάδε ||  
5 septentrione transfixis ne litterulis ||  
10, 11 dicit Arcturum || 12 Tela est  
Ὀιστός cum ὁ ιστός confusum || 19 In-  
colo: cf. p. 379<sup>24</sup> || 19, 20 ylidris.

## 1. LAURENTIANUS.

2. BASELENSIS I<sup>b</sup> fol. 6<sup>a</sup>.3. BASILEENSIS II fol. 3<sup>a</sup>.

*ERATOSTHENES* 'De exor-

*natione et proprietate sermo-*  
*num quibus videntur' et IP.*  
*PARCHI* 'De magnitudine et

*positione de inerrantium stel-*

*larum.*

*secundum qualiter sunt cir-*  
*cumvenientia secundum IP.*

*PARCHUM* [et] *ERATO-*

*STHENEM].*

## ARATEA

*Septentrio maior, Septentrio*  
*minor, Coluber inter ambas*  
*Septentriones, Bootes, Corona,*  
*Ingeniulus, Serpentarius.*

*inter amba semisphaerias:*

*Ariosa, Ophiis, Orotos, Aletos,*

*Elepis, Irrhos.*

*Eros, Amorphoës, rois, i mu-*

*sigmaiælos.*

*Cæphæus, Cassiepa, Andro-*  
*meda, Triangulum, Persens,*  
*Agitator.*

*6 index Eratosthenis omissus;*

*per-*  
*gitur ne linea quidem interrupta* 9,  
*10 secundi interpolata* 18sqq. *eadem*  
*lacuna atque in I<sup>b</sup>.*

5  
 10 *xεl̄t̄at̄ δ̄ εν μεν τ̄ηρ̄ βορ̄ετ̄ι*  
*γ̄μισφατ̄ει τ̄ηρ̄ τ̄αδ̄ε.*

*Δρότος μείζων, Δρότος ἐλάσ-*  
*σιων, Οφις δι αιροτέρων τῶν*  
 15 *Δρότων, Βούτης, Στέπαρος,*  
*Εργόνασιν, Οφιούχος.*  
 18 *ἀμφοτέροις τοῖς ἡμι-*  
*σφαιροῖς.*

*Διόρα, Οφις, Ορότος, Αιτεός,*

*Ἐλεπίς, Ἰρρός.*

*Ἐρος, Αμφοτέροις τοῖς ἡμι-*

*σφαιροῖς.*

*Καρφείς, Κασσιέπεια, Αἰδο-*  
*μέδα, Τριγύλον, Ηρεσίς, Ηι-*

*οχος.*

23 'incohaverat librarius περ', scil.  
 25 *Ηερείς, tum ex περ fecit Κασσιέπεια*  
*Vitelli.*

18sqq. omisit librarius nonnulla ho-  
 moeteleuto seductus, cf. L<sup>b</sup>.

έν δὲ τῷ νοτίῳ ψυτρῷ Ζῳδια-  
 κοῦ.  
 Υδρόχοος.  
 ἐν αἱμοτέροις τοῖς ἡμι-  
 σφαιροῖς.  
 30 σφαιροῖς, Κοράξ, Ἄργω, Κέντα-  
 ρος, τὸ γηρίον ὁ ἔξει ὁ Κέ-  
 ταρος ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ, Θυρή-  
 ατον, ὁ ὑπὸ τὸν Τοξότην Σε-  
 35 πανος Ἀστράφης, Λύκος, Κῆτος,  
 Λογιαρ.

ἐν αἱμοτέροις τοῖς ἡμι-  
 σφαιροῖς.  
 Λαγων, Προκύων.  
 40 ἐν τῷ βορειωτέρῳ ζῳδια-  
 κοῦ κυκλού. βόρεια.

Καρκίνος, Αἴτων, Ηπαθένειος,  
 Κρόνος, Ταῦρος, Λιθυμοί.  
 45 νότια.

Ξηλατ, Σωρότος, Τοξότης, Αἰ-  
 γόκεων, Υδρόχοος, Ἰκθύος.  
 ἐν αἱμοτέροις τοῖς ἡμι-  
 σφαιροῖς.

. . . . .

in favonio autem signale:

*Aquarius.*

in utraque semisphaeria:  
 Urcens, Corvus, Cen-  
 taurus, Bestia quam habet Cen-  
 taurus in manu dextera, Sacra-  
 rum, sub Sagittario Corona  
 irrigator, Piscis, Caetus, In-  
 colo.

in utraque semisphaeria:

σφαιροῖς.

Laepus, Antecanis.  
 in aquilonio autem et in sig-  
 nate circulo. aquilo:

Καρκίνος, Αἴτων, Ηπαθένειος, Cancer, Leo, Virgo.

45 νότια.

Librem, Scorpio, Sagittarius,  
 Capricornem.  
 in australi semisphaeria. aquilo:  
 Aries, Taurus, Gemini.

30 omissis est Argos, cf. L<sup>b</sup> || 34 inri-  
 gator i. e. ἀριστής (cf. Corp. gloss. II  
 p. 86) ex ἀριστής provenit || 34, 5 cf.  
 35 Ὑδροῦς codex || 42 χωνεύος codex ||  
 p. 377, 19 *Incolo* an summeius?  
 48, 9 post ἡμισφαιροῖς: — quae desi-  
 derantur, e Basileensi L<sup>b</sup> supplexas.  
 in L<sup>b</sup>.

26 τῷ νοτίῳ sine ut pluriens codex ||  
 35 Ὑδροῦς codex || 42 χωνεύος codex ||  
 48, 9 post ἡμισφαιροῖς: — quae desi-  
 derantur, e Basileensi L<sup>b</sup> supplexas.

32,3 pro necnon Sagittarium scribere  
 debebat Corona sub Sagittario.

*Titulos librorum facile recuperamus, dummodo barbaram vertendi consuetudinem anxie secteris. quae videntur graece est φαινόμενα, de exornatione περὶ κόσμου. Quid semel dixerit ethymologiam, iterum proprietatem, potest per se dubitari: ποιότητα οἰκείοτητα ἴδιότητα proponimus. sermonum nobis monstri instar est, et accidit prospere ut non repetitum sit. Ergo scriba videtur exprimere voluisse liberius quod accurate et ad verbum nequiret. Totam inscriptionem iamiam ita refingimus:*

ἐκ τῶν Ἐρατοσθένους «Περὶ κόσμου καὶ ποιότητος τῶν φαινομένων» καὶ Ἰππάρχου «Περὶ μεγέθους καὶ συντάξεως τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων».

Haec in universum scito copiosiori quondam eclogarum ex utroque astrologo excerptarum syllogae praefixa fuisse. Quod hodie subsequitur, id solummodo ad primam quae una remansit in II particulam pertinet Hipparcheam. Manifesta igitur seclusa interpolatione haec assecuti sumus:

Περὶ τῶν περιεχομένων<sup>5)</sup> καθ' Ἰππάρχον [καὶ Ἐρατοσθένη].

Miros primum nos habuit Eratosthenis titulus «Περὶ κόσμου κτλ.», sed mirari mox desivimus exemplis edocti. Neque enim nudam sed, ut ad primarium et latiorem significatum accederet propius, genitivo auctam κόσμος vocem posuit Eratosthenes. Solent ex parte ita antiqui. ἐνθάδ' ὁ πλειστον ἀληθεῖας ἐπὶ τέρμα περήσας οὐρανὸν κύεται Ἀναξαγόρας poeta apud Aelianum 'V. H.' VIII 19. In quo si accurate rem perpendas, νοῦς κόσμου non tam mundum quam sensu antiquo ordinem significare potest, sicut in Euripidis fr. inc. p. 26 Valck. (= fr. 910 N.<sup>2</sup>, quod est de eodem Anaxagora): ἀθανάτον καθορῶν φύσεως κόσμον ἀγήρων, πῆ τε συνέστη καὶ ὅπῃ καὶ δπως Naekius 'Opusc.' I p. 21. *Mundus caeli vastus constitut silentio* Ennius fr. 467 B. Operis nobilissimi, quod de caelo condidit Eratosthenes, titulum adhuc ignorabamus: tandem e tenebris luci redditus lucem et ipse adferendo litteras adiuvabit. Inferius praeter voluntatem nobis ad vindicanda 'Analecta' nostra venien-

<sup>5)</sup> περιερχομένων convertit latinus, cum ante oculos haberet περιεχομένων. Fecit id identidem, velut adn. 2. Ita legendo commiscuit διστός et ὁ ἵστός alia.

dum est, si de latina Hipparchei libri inscriptione pauca dixerimus. De qua ita Ptolemaeus VII 1 (p. 164 ed. Basil. 1538): *τὰς τοῦ Ἰππάρχου περὶ τῶν ἀπλανῶν ἀναγραφάς, πρὸς ᾧ μάλιστα πεποιήμεθα τὰς συγχρίσεις.* Argumentum igitur adumbrasse Ptolemaeo suffecit. Accuratius Suidae biographus, sed ut ne ille quidem plane cum anecdoto Basileensi concordet: «Περὶ τῆς τῶν ἀπλανῶν συντάξεως καὶ τοῦ καταστερισμοῦ». Utile est videre quod κόσμον Eratosthenem idem Hipparchum σύνταξιν vocasse: unde exortus postmodo Ptolemaei titulus «Μεγάλη Σύνταξις». Sed haec hactenus.

Eratosthenem stellarum catalogum, quem Catasterismi pseudoeratosthenici continent, non confecisse ante hos decem annos abunde diximus ita, ut ne hodie quidem nec detrahere quicquam neque adiungere commentationi illi velimus. Ordinem siderum et seriem ratione certa constitutam in genuino Eratosthenis opere, quo praeivit ille et Hipparcho et Ptolemaeo, fuisse probabile est suapte sponte, nec nos debebamus hoc simul cum priore illo avertere cupidius: hanc unam rem nos tunc scripsisse in ‘Analectis’ paenituit. Quodsi de Cepheo in ‘Catasterismis’ legitur XV<sup>um</sup> locum obtinenti οὗτος ἐν τάξει τέτακται τέταρτος et de Lyra, quae est XXIV<sup>a</sup>, αὐτῇ ἐνάτῃ κεῖται ἐν τοῖς ἄστροις, per se quidem possit prior ad quem bis provocatur ordo verus esse Eratosthenicus, poterat idem vero etiam pro tanta iudicandi supellectilis quanta tunc tenebamur penuria Hipparcho accenseri. Cum igitur optione data nos non sine consilio posterius illud praeoptavissimus p. 29, vel apud adversarium quendam, qui cetera nostra despicatui haberet, plausum non meritum tulimus inopinati. Audacule vero alii abutebantur adparatu nostro a nobis laboriose conlecto, cum usque ad hunc diem quod esset aliquid ipsi elicere non valerent. Veterem controversiam interim cum ira et studio sed irrito disceptatam ipsi nunquam — nos moveat cimex Pantilius? — repetivissemus, nisi ineditae eclogae Basileensis auxilio iustis simul exsequiis persolutis sepeliri nullo posse negotio videremus hand inviti. Genuinus igitur ERATOSTHENIS liber est is habendus, cuius siderum ordinem spectant ‘Catasterismi’: Lyra ibi nono loco, quarto Cepheus conlocatur. Nec mirabile: ‘Catasterismis’ enim genuina inesse Eratosthenica nonnulla Erigonae elegiae exemplo ipsi nobis videmur hodieque probavisse, nec curamus hominis

nescio cuius tumultum perditam reficiendo Eratosthenis poematio operam a nobis insumptam vociferantis. Ipse nempe iste cum de suo nihil haberet quod propinaret, disputatiunculae inopiam et tristem exilitatem sublevare si posset in aliena involando et distinguere apud se constituerat. Neque fecit quicquam aliud, nisi ut copiam nostram diurno studio ordinatam violenter et temere discinderet denuo in pristinamque perturbationem intentis nervis omnia reiceret. Assecuti nunc genuini Eratosthenis libri titulum genuinum actumst (aestimabis ipse) in sempiternum de 'Catalogis' et constabit quod in 'Analectis' dudum contendimus, 'Catalogorum' significatione, quae semel in scholiis Homericis obvia est, consueta veterum citandi licentia ipsam superstitem indicari 'Catasterismorum' syllogam. Tantae frugis insperato excerptum illud Basileense!

Deinceps 'varia Aratea' adscribimus Basileensia cum fontibus, quatenus fieri id potest, comparata.

BASILEENSIS fol. 6<sup>a</sup>.

quibus Arati videntur quedam  
sunt secundum caelum stell-  
arum ecce sic videntur dicta sunt,  
de sub caelo autem et quibus  
5 olim dicta sunt transgrediamur  
item videntur secundum astro-  
nomicum ponit locum de qui-  
bus et recensare consideravi.

10 quum mathematicis constat in  
duobus conditoris conscriptio  
quaedam in quibus videntur  
et in stellarum ratione expo-  
sita, quaedam in alia, mittere  
15 tibi proveni haec quae viden-  
tur Arati derigere et meam  
conscientientiam, umquam de

3 sic || 8 sequentia diuinxi.

LAUR. 87, 10 saec. XIV fol. 183<sup>b</sup>.

τῶν Ἀράτου Φαινομένων τὰ μέν  
ἐστι περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν  
ἀστρων καὶ ἴδιως Φαινόμενα  
λέγεται, τὰ δὲ περὶ τῶν ὑπὸ τὸν  
οὐρανὸν καὶ τῶν πάλαι λεγομένων 5  
μεταφορῶν [ἐστὶ] φαινόμενα κατὰ  
τὸν ἀστρονομικὸν τέτακται τό-  
πον, ὑπὲρ ᾧν καὶ τὰ ἐξηγητικὰ  
πεπραγμάτευται:

ὅτι τῷ μαθηματικῷ εἰς δύο προσ- 10  
